BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

BENEDICTI XV PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE AIDANO GASQVET O. S. B.

S. MARIAE IN PORTICV CARD. DIACONO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO ET TABVLARII VATICANI PRAEFECTO.

CODICES VRBINATES LATINI

RECENSVIT

COSIMVS STORNAJOLO

BYBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR EMERITVS

TOMVS III.

Codices 1001-1779

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXI.

BENEDICTO · XV · PONT · MAX ·

VERAE · PACIS · ASSERTORI · INVICTO

VTILIVM · STVDIORVM · MVNIFICO · FAVTORI

DE ORDINIBUS CODICUM URBINATUM

INTRODUCTIO.

Vaticana conlectio codicum qui Urbinates nuncupantur non solum constat, ut aliquis ex solo nomine arguere potest, ex codicibus qui erant insignis Bybliothecae a Friderico I Montefeltrio in ducali palatio Urbini conditae et a successoribus eius auctae, verum etiam libros conplectitur Bybliothecae quam postremus dux in Durantis Castro conlegit, immo et multos alios, qui Ducum Urbinatum numquam fuerunt.

Quae sequuntur concordantiarum tabulae hac ratione conparatae sunt, ut origo unius cuiusque codicis conlectionis Vaticano-Urbinatis inlustretur et fundamenta iaciantur, quibus historia [1] singula persequens Bybliothecarum ducum Urbinatum et conlectionis Vaticano–Urbinatis exstruatur.

Sed cum tantum via ac ratione instituta investigatio ad exitum securum perducat, laborem sane ingratum [2] non recusavimus inventaria conferendi [3] quae nobis aptiora visa sunt ad conlectionis Urbinatis exordia et progressum inlustranda. Cuius rei summam hic opportune praeponendam esse duximus antequam is, qui legit, ad postremam partem catalogi a Cos. Stornajolo v. c. confecti adcedat.

[1] Hanc rem erudite pertractat C. Stornajolo in *Codices Urbinates graeci* 1895 p. x–41, et in *Codices Urbinates latini* t. 1 (1902) p. VII–XVIII.

[2] Quem C. Stornajolo, curis gravioribus distentus, nobis exantlandum reliquit.

[3] Hic eum qui concordantiarum tabulas adit monitum velim, aliquando numerum codici a me adpositum neque puncto interrogationis notatum non certo eum esse, quo in Bybliotheca eo tempore reapse signatus erat, quamquam verae notae numerali proximus esse videtur.

Ordo I.

Est ordo codicum manu scriptorum Vaticano-Urbinatum hodiernus, qui ad annum 1719 [1] pertinet quod ad Latinos attinet, quorum numeri usque ad Caietani Marini, Bybliothecae praefecti, aetatem legebantur in schedula foliis librorum interposita, [2] postmodum autem nigro atramento adscripti sunt dorso, superius.

Quod autem ad codices Graecos spectat, ordo videtur annis 1661-1668 institutus, hac praesertim de causa, quod eos descripsit Leo Allatius, [3] qui tunc, cum codices in Bybliothecam Vaticanam inlati sunt (nov. 1657), munere alterius custodis fungebatur et Luca Holstenio vita functo, die 2 feb. 1661 renuntiatus est primus custos, quod munus usque ad 18 febr. 1668 (quo die mortuus est) obtinuit. Inventarii Allatiani exemplar ipsius Allatii manu scriptum exhibet codex Barberinianus Latinus 3069, [4] alterum manu, opinor, Thomae de Iuliis scriptoris latini exaratum [5]

[1] Quod adparet ex Commentariorum qui Romae typis editi inscribuntur *Diario ordinario,* n. 348 (30 sept. 1719) pag. 11: « Avendo li scrittori della Libraria Vaticana messo « in buon'ordine la famosa Libraria del fu duca d'Urbino, che ivi si conserva, la San- « tità Sua ordinò che alli detti scrittori se li mandasse un nobil Rinfresco: et un Dotto « Prelato in lingùa latina, con termini Fisici, ne stese una bellissima Relazione da pre- « sentarsi alla Santità Sua acciò vedesse il gradimento, e la sodisfazione, et insieme il « ringraziamento di detti Scrittori ».

[2] Cf. relationem Status Bybliothecae ipsius manu scriptam circa a. 1800 in eiusdem Bybliothecae tabulario vol. 60, f. 43^r.

[3] Ideo non recte dicta sunt quae pag. XLVI, lin. 13-24 catalogi codicum Urbinatum Graecorum proferuntur.

[4] Ff. 3^r-44^r codices descripti numerantur 161; sequitur codex nullo numero, hodie autem numero 82 distinctus. Numerorum ordo quem habet tabula IX (infra pag. LXX) idem est atque hodiernus usque ad numerum 61, dein ea ratione inmutatus est quod is qui descriptiones Allatianas transscripsit, codices iuxta materiarum ordinem in Bybliotheca Vaticana usurpatum disponendos curavit. In autographo ipso accesserunt, alia manu adscripta, foliorum scriptorum numerus, materia et forma, quod a temporibus Rainaldorum in Bybliotheca fieri consuetum erat.

[5] Quamquam officinarum chartariarum signa quae in foliis inventarii conspiciuntur, eadem sunt atque ea quae in indicibus codicum Vaticano-Graecorum tunc exscriptis

una cum indice alphabeti ordine confecto codex Urbinas Latinus 1769.

Quod denique codices Hebraicos Vaticano-Urbinates adtingit, eorum ordo ante a. 1661 digestus est, ut docet exemplar manu Iulii Bartolocci, linguae hebraicae scriptoris alterius, hoc anno descriptum. [1]

De Bybliotheca a comite, dein duce, Friderico I in palatio Urbini condita, a successoribus eius servata et non nihil aucta.

Ordo II.

In folio praevio codicum circiter 36 huius Bybliothecae numerus invenitur nigro atramento exaratus lineola fere circumdatus. Cum horum numerorum adscriptio saeculo sextodecimo tribuenda sit et exhinc communem codices originem habere videantur, opportunum duximus eosdem numeros referre.

Ordo III.

Ordinem tertium exhibet Inventarium vetus sive « Indice vecchio » (Urb. lat. 1761, ff. 1-126) a Cos. Stornajolo anno 1895

inveniuntur, pro certo tamen habetur ipsum scriptum non esse a Vincentio Marchesio qui tunc alter scriptor latinus erat.

[1] Inest foliis 111-133 tertii voluminis conpacti sedente Alexandro VII (1655-1667) descriptio codicum Hebraicorum tum Vaticanorum tum Palatinorum. Folio 182r legitur: *Perficitur anno VII Pontificatus S. D. N. D. Alexandri Papae VII. componitur et scribitur a R. D. Iulio Bartoloccio Monacho Ord. Cistercien. Congreg. S. Bernardi Reform. collato studio cum domino Io: Baptista Iona, scriptoribus in Bibliotheca Vaticana. Anno Domini MDCLXI. A creat. mundi sm̄ Hebraeos 5421.* Eorumdem codicum descriptio sine auctore, sed manu Io. Bapt. Ionae, linguae hebraicae scriptoris primi, anno 1668 demortui, invenitur in Urb. lat. 1771, ff. 186v-204, quod volumen regnante Innocentio X (1670-1676) conpactum est.

editum et numeris notatum.[1] Inventarium hoc, quod iure meritoque « officiale » adpellandum est,[2] digestum est, ut videtur, praeside Ludovico Odaxio praeceptore, postea a secretis Guido Ubaldi ducis, viro graecae linguae perito[3] (prae Friderico Veterano illius linguae ignaro),[4] parvo temporis spatio a Friderici ducis morte (10 sept. 1482) interiecto: nam fol. 75 designatur tanquam « additus » codex Urbinas lat. 741 anno 1487 conscriptus.

Qui ex hac Bybliotheca Friderici proveniunt codices dignosci possunt, tum ex insignibus gentiliciis tum etiam e foliorum acie deaurata ornamentisque distincta.

Quod autem ad usum tesserae gentiliciae Friderici ducis cum vexillo Romanae Ecclesiae coniunctae adtinet, hoc animum advertas Fridericum S. R. E. Vexilliferum non anno 1465, ut dictum est,[5] sed anno 1474 mense aug. renunciatum esse.[6]

[1] *Codices Urbinates Graeci Bybliothecae Vaticanae.* Accedit index vetus Bybliothecae Urbinatis nunc primum editus pag. LIX-CLXXV.

[2] Ita Cos. Stornajolo in opere quod inscribitur *I ritratti e le gesta dei duchi d'Urbino nelle miniature dei codici Vaticano-Urbinati*, Roma, 1913, pag. 9, nota 1. In indice adnotati sunt codices tum a custodibus usque ad annum 1531 commodati, tum dono vel furto amissi, tum Bybliothecae additi. Nescimus an primo vel secundo duci Guidobaldo pertineat codex in tabulario Mutinensi inscriptus: « Index Ill^{mi} D. Guidi Ubaldi inclyti ducis Urbini ».

[3] Cf. Angelo Pinetti - Ernesto E. Odasio, *L'umanista Lodovico Odasio alla corte dei duchi d'Urbino* in *Archivio stor. Lombardo* (1896), pag. 355-389. Constat ipsum saltem e viris doctis qui ea aetate in aula versabantur, linguam graecam calluisse, cuius perito invigilante inventarium confectum esse, iam ex ipso adparet.

[4] Cf. C. Stornajolo, *Codices Urbinates-Graeci,* pag. XXVI.

[5] C. Stornajolo, *Codices Urbinates-Latini,* tomus I pag. XII, lin. 20.

[6] In epistula Io. Pe. Arrivabeni cardinali Papiensi, Romae die 6 augusti 1474 scripta, legitur: *Comes Urbini in vexilliferum declaratus nudius tertius erat Neapoli abiturus;* in altera autem epistula ad eundem die 21 eiusdem mensis Roma missa narrantur sollemnia quibus Fridericus comes dux creatus est fitque sermo de vexillis post Missam sacris initiatis *quorum alterum Ecclesiae, alterum Pontificis gerebat insigne* (*Pii secundi pontificis commentarii,* Francofurti, 1614, pag. 830, lin. 28-29, et pag. 832). Deperdita esse videtur bulla, qua Vexillifer factus est, cuius neque archetypum neque regestum quod vocant invenire potuimus.

Ordo IV.

Hunc ordinem digessit C. Guasti in edendo [1] numerisque notando inventario altero eiusdem Bybliothecae. Quod inventarium nonnullos praetermittit codices in inventario superiore descriptos, a quo procul dubio pendet: [2] non ante annum 1508 [3] nec forsan post annum 1521 [4] confectum est, ex exemplari a Friderico Veterano, [5] ni fallor, parato.

Ordo V.

Hoc ordine dispositi erant codices qui anno 1616 Urbini in Bybliotheca ducalis palatii adservabantur, cuius index alphabeti ordine a Victorio Venturelli Urbinate [6] confectus legitur in codice Vaticano-latino 10482. [7] Quod quidem inventarium id habet commune cum reliquis alphabeticis indicibus, quod non integrum codicum numerum exhibet: libri enim duo et viginti neglegentia vel oscitantia praetermissi sunt.

[1] In *Giornale storico degli archivi toscani*, vol. VI (1862) et VII (1863).

[2] Conrectiones enim eius fere semper in textu praebet.

[3] Non memoratur codex in superiore inventario f. 86r deletus (Stornajolo 651) utpote a Francisco Maria I duce Clarae Montefeltriae sorori in S. Clarae monasterio Urbinate dono datus. Hic vero mense aprili anni 1508 dux renunciatus est.

[4] Referuntur enim in numero codicum adservatorum (Stornajolo 568, 644) qui in inventario in amissis habebantur atque Mantuae relictis postquam Franciscus Maria I Urbinum (dec. 1521) redierat.

[5] Etenim in inventario isto codicem Nonni Marcelli eo loco invenitur in quo Fridericus Veteranus in inventario a se confecto testatur (Urb. lat. 1761, f. 79r) eum posuisse et errata multa praebet ex quibus adparet auctorem linguae graecae ignarum fuisse. Inventaria textu similia habent codices Barb. lat. 4185 (olim XXXIX, 89) et Vat. lat. 3960. Hi tamen praebent codices inter ann. 1502–4 a Valentinis sublatos, quos non habet exemplum a C. Guasti editum.

[6] De eo cf. *Degli uomini illustri di Urbino comentaria*, Urbino 1819, p. 117–8.

[7] Cf. M. Vattasso et E. Carusi, *Codices Vaticani latini 10301–10700*, Romae, 1920, pag. 234.

Libri, non erecti sed iacentes, distributi erant in septem ordines (qui in indice vocantur « scanzie ») Bybliothecam circumstantes. Eorum numeratio per singulum quemque ordinem incipiebat a sinistra intrantis parte, desinebat ad eius dextram, prope vel supra ianuam; complectebatur vero libros circiter 1058 quos inter 129 typis expressos. Adeo lingua et argumento distincti erant, ut nullo pacto exemplaria eiusdem auctoris de eodem argumento distarent.[1] Nullum vestigium huius numerationis in codicibus nunc remanet.

Ordo VI.

Qui postremus libris in Bybliotheca ducali Urbini adservatis ordo datus est, pertinet saltem ad annum 1640, cum Alexander Vanni, ultimus Bybliothecae custos,[2] Indici (cod. Bybl. Victor. Eman. « gesuitici » 146)[3] nonnulla adiecit de codicibus manu scriptis ab ultimo duce Francisco Maria II in Durantis Castro conlectis et testamento Bybliothecae Urbinati dono datis: nisi forte confectus est aliquot annos antequam mortuus est dux qui libris valde delectabatur.

Ordo VI continetur hoc indice alphabetico nunc litteris u – z inminuto et breviori inventario (Vatic. lat. 9875, fol. 1-25) quod Lucas Holstenius exscribendum curavit ex exemplari Romam Urbino misso anno 1657.[4]

[1] Qua ex re locum codicum in indice omissorum aliquotiens coniectura adsequi potuimus.

[2] Cf. epistulam eiusdem L. Holstenio missam 11 ian. 1658. Barb. lat. 6496 (LXXIV 42) 117r.

[3] Habet folia 98, mm. 320 × 230 titulus est: *Indice alfabetico della libraria manoscritta d'Urbino, con quelli anche che trovai nelle casse riportati da me Alessandro Vanni bibliotecario l'anno 1640.*

[4] Cf. in tabulario Bybl. Vatic. 29 f. 272r in nota quaedam inpensarum pro translatione Bybl. Urbin. *Per il porto dell'Indice che venne da Urbino, bai. 60,* tunc quinquies transcriptus fuit cf. ibid. t. 15 f. 160v.

Hoc in ordine libri non sunt per linguam et materiam dispositi, ut in praecedenti; eorumque numeratio fit, ut id temporis mos erat, secundum pluteos et ordines. E textu tamen nequimus conligere utrum libri iacerent an starent erecti. Bybliotheca constabat 1115 voluminibus (quae inter 140 litterarum formis expressa erant), per 8 pluteos et 7 ordines dispertitis.

Hoc tamen animadvertas, numerationem indicis alphabetici non omnino cum inventarii numeratione concordare. Discrepantia gravior adparet in sexto et septimo ordine plutei octavi, in quo postremo index 50 volumina, inventarium autem circiter 43 recenset. Notam ol<im> numerationi indicis alphabetici adposuimus.

Vestigia huius numerationis inveniuntur tum in schedulis tegumentorum dorsis inf. adglutinatis, partim manu exaratae, partim typis expressae, tum aliquando in foliis custodiae, nigro atramento scriptae.

De Bybliotheca a postremo duce Francisco Maria II in Castro Durantis condita.

Ordines VII et VIII.

In diario manu scripto[1] Domus Clericorum regularium minorum sanctissimi Crucifixi in Castro Durantis a Francisco Maria II anno 1617 institutae narratur hunc ducem Bybliothecam, libris praesertim typis expressis ditissimam, ibi adornasse prope amoenissimam ducalem villam in eaque cotidie aliquot horas maxima cum delectatione transegisse, praesertim postquam regnum filio tradidit.[2]

[1] In tabulario Status Romae (*Sezione V congregazioni soppresse, S. Lorenzo in Lucina, Casa del SS. Crocifisso d'Urbania scanc 10, 5* ff. 136^{r}–218^{v}) adservatur *Memoria delle cose che occorrono nella casa del Santissimo Crocifisso di Casteldurante dall'anno 1628* ⟨al 28 ott. 1655⟩, cuius exemplum ibidem f. 547^{r} et seq. invenies.

[2] Ibidem f. 148^{v}, ubi de morte et vita eiusdem agitur.

Quam Bybliothecam Patribus illis testamento reliquit,[1] praeter codices circiter 914 manu exaratos et libros lineamentis et figuris exornatos, quos in Bybliothecam Urbinatem conlatos voluit.[2]

Quos inter notissimum ille Decembri Petri Candidi tractatus de omnium animalium naturis atque formis ad principem Ludovicum Gonzagam Mantuae marchionem anno 1460 dicatus (Urb. lat. 276).[3] Libri circiter novem[4] iam descripti erant in inventario vetere Bybliothecae Urbinatis, conplures autem Franciscus Maria tum a maioribus suis[5] tum ab aliis emerat vel dono acceperat.[6] Hi codices dignoscuntur a veteris Urbinatis Bybliothecae voluminibus quod omnes fere chartacei[7] et membrana compacti foliorum aciem violaceo colore depictam praebent numerosque in tegumento anteriore medio habent nigro atramento scriptos, quos numeros in columnam VII concordantiarum rettulimus.

[1] Testamentum edidit P. Raffaeli, *La imparziale e veritiera istoria della unione della Biblioteca ducale d'Urbino alla Vaticana di Roma*, Fermo 1877, pp. 21-26.

[2] Patres libros typis expressos acceperunt plusquem 15,000 quorum Urbini in " Archivio della Compagnia della Grotta ,, exstat inventarium di « *tutta la libraria de' libri stampati* che Franc. Maria II donò alla Compagnia 1628: fu compilato nel 1634 » cf. Mazzatinti. *Archivi della storia d'Italia* vol. 2 (1899) p. 71 et Romae alterius inventarii exempla duo in Bybl. Alexandrina sub n. 51 et 52 atque index in eadem sub n. 50 exstant. Cf. H. Narducci, *Catalogus codd. mss. praeter orientales qui in Bibl. Alexandrina, Romae adservantur*, Romae 1877, p. 3. De iisdem codd. anno 1667 in eandem Bybl. translatis agit Carducci in opere *Notizie della Bibl. Aless.* Roma, 1872, pp. 7-9, 31-35).

[3] Quare in Catalogi tomo I delendae sunt lineae 2-4 pag. 253. Cur autem nec in ordine X nec in XI a Stef. Gradio inlatus sit, hoc, ni fallimur, visitatoribus Bybl. monstrandi causa tribuendum est.

[4] Urb. lat. 376. 391. 719. 1007. 1010. 1142? 1411. 1761 (qui inventarium vetus continet) hebr. 40.

[5] Ut ex. gr. Urb. lat. 654. 715. 726. 742 a Guidobaldo II°, 736 a Francisco Maria I, 698 et 739 (a. 1517) qui card. Galeotti Roborei erant, 976 a Friderico II.

[6] De inpendiis factis pro libris a Francisco Maria II vide sis Tabulari. Status florentin. Class. I D. G. filz. 106. 148.

[7] Membranacei sunt: 252. 274. 283. 367. 374. 381. 440. 471. 480. 501. 539. 542. 550. 552. 589. 598. 601. 602. 608. 626. 630. 670. 677. 684. 694. 729. 733. 752. 784. 788. 790. 892. 899. 925. 950. 961. 976. 986. 1129. 1168. 1184. 1209. 1245. 1257. 1339. 1397. 1404. 1427. 1488. 1506. 1510. 1522. 1710. 1713. 1757.

Exstat in codice Vaticano-Latino 9475, fol. 23-41 exemplar quod Lucas Holstenius anno 1657 ex inventario Urbino misso[1] exscribi fecit, ubi hi codices ordine singularum 12 capsarum (1-12) summatim recensentur. Omittuntur ut plurimum argumenta librorum inpressorum, nonnunquam tam breviter res perstringitur, ut aenigmata exsurgant, quae adhibitis schedulis leviter adglutinatis antequam Urbino Romam translati sunt, minus saepe solvere potuimus.

Codices manu scripti a postremo duce in Castro Durantis conlecti, qui ad rem civilem pertinent, per aliquod temporis spatium conlectionem separatam effecerunt, ut adparet ex indice contentorum, qui in codicibus Urb. lat. 876 et Burghesiano IV, 177 (nunc in tabulario Vaticano) adservatur. Hos singulos codices, quadrato in columna VII adposito, in inventario a nobis edito Ordinis VIII signavimus.

De codicibus Bybliothecarum Urbini et Castri Durantis Romam translatis atque de eorum prima dispositione.

Ordo IX.

In libello de codicibus Urbino Romam transferendis[2] Lucas Holstenius monuit, ut in eis antequam arcis includentur, novi numeri, salvo tamen vetere ordine Bybliothecae tum Urbinatis tum

[1] Cfr. pag. xii* nota 4. In diario, de quo supra, legitur (f. 151r) post 6 maii 1631 Patres Petrum Caruso et Clementem Gualtieri una cum doctore Petro Matteo Tissani codicum qui in Castri Durantis Bybliotheca exstabant inventarium confecisse eosque Patrem Petrum Caruso Urbinum transtulisse diem 12 iunii. Nescimus plane an hoc inventarium archetypo sit codicis Vat. lat. 9475 in quo L. Holstenius plura addidit plura correxit.

[2] Exstat chirographum in cod. Barb. lat. 6535 f. 33r - 35v et eius adversaria f. 36r-38r. In eodem codice extant: Bibliothecae aestimatio a L. Holstenio facta, ff. 41r-42 lin. 10 (= P. Raffaelli, op. cit. pp. 12-14); eiusdem adversaria ff. 39r-40v, 43r-46r: epi-

Castri Durantis,[1] schedulis adponerentur primo singulorum codicum folio leviter adglutinandis.[2]

Ordine IX ex his numeris effecto codicibusque in Vaticanam Bybliothecam inlatis (nov. 1657)[3] iussu Lucae Holstenii[4] eaedem schedulae a bybliopegis tergo adglutinatae sunt. Qua ex re coniicimus ordines VI, VIII et IX etiam in Bybliotheca Vaticana adhibitos esse donec novus institueretur ordo, in quo praecipue linguarum ratio habita est.

Ordines X et XI.

Luca Holstenio mortuo, creatus est primus Bybliothecae custos Leo Allatius, die vero 13 mensis aprilis 1661, Stephanus Gradius munus alterius custodis occupavit. Is qui antea nullo officio in

stulae vero card. Homodei legati Pontificii ad Marium Fanum et L. Holstenium missae, in cod. Barb. lat. 6497 (LXXIV. 43) ff. 70r–96v; Marii Fani ad L. Holstenium in Barb. lat. 6496 (LXXIV. 42) f. 105; Aurelii Corboli ad eundem ibid. ff. 115r–116r; Alexandri Vanni ad eundem ibid. f. 117; Flaminii Catalani vexilliferi Urbinatis a. 1657, qui translationem ipsam curavit, in Barb. lat. 6498 (LXXIV. 44) 158r–163r. Reperire non potuimus epistulas a Flaminio Catalani ad Marium Fanum missas, in quibus omnia et singula de translatione cotidie narrabantur.

[1] Codicum typis expressorum utrius Bybliothecae qui Urbini manebant inventarium exstat Urbini in Tabulario Communitatis « busta 6 » *Indice dei libri stampati che erano nella libreria d'Urbino e che devono rimanere in questa città, da consegnarsi in custodia*, cf. Mazzatinti *Archivi della storia d'Italia*, vol. 2 (1899) p. 41.

[2] Cf. Barb. lat. 6535 f. 35v *questo bullettino s'attaccarà con un tantino di colla quanto tocca la punta d'un deto nel principio d'ogni libro in luogo dove non sia per coprire o danneggiare qualsivoglia sorte di scrittura.*

[3] Cf. in Tabulario Bybl. Vatic. t. 15 f. 160r. *A di 4 xbre* ⟨1657⟩ *pagati li facchini che fatigorno per molti giorni in portare, sballare, scassare le casse della libreria d'Urbino, et anco in sgombrare li armarii che dovevano servire per la libraria della Regina di Svetia sc. 8,80. Per due torcie à vento servite quando arrivò la libreria d'Urbino.*

[4] In tabulario Bybl. Vatic. 29 f. 272r *Per le spese fatte à quelli due giovani che aiutorno à dare e riporre li libri quando si attaccarono li bollettini sopra di essi, oltra Gregorio et Io che attaccavamo li bollettini* et 15 f. 222r. *A di 21 marzo* ⟨1658⟩ *un altra giornata in due per attaccare boletini alli libri...*

Bybliotheca fungebatur, descriptionem codicum Latinorum et vulgarium confecit schedulis inscriptam, quae postea simul, conpactae, codicem efficiunt Urb. lat. 1388. Hae binos numeros exhibent, quorum alter deletus est.

In ordine X edidimus numerationem antiquiorem Latinos et vulgares codices 1414 conplectentem. In quo 50 codices plures sunt quam in ordine XI, ubi magna pars codicum qui ad « varia politicorum » spectant praetermittitur. [1]

Etsi definiri non potest quamdiu prior numeratio usurpata sit, videtur tamen parvo temporis spatio in usu fuisse, cum anno 1671 Iacobus Vincentius Marchesius, linguae latinae scriptor alter, indicem ordine litterarum (= Urb. lat. 1771) ex inventario a Steph. Gradio iuxta postremam numerationem confecto (= Urb. lat. 1388) nitide descripsit.

In hoc ordine XI codices secundum materiam diligenter distributi sunt inque tegumenti dorso nova numeratio atramento nigro aut typis aureoque colore posita est.

Ordo XII.

Conpertum habemus inter hunc ordinem codicum Latinorum et hodiernum, ad annum 1719, ut vidimus, pertinentem, alium exstitisse, quem ex numeris dorso multorum codicum nigro atramento inferius adscriptis dignovimus.

Cum autem numeros huius ordinis posuerit Laurentius Zaccagnius, Bybliothecae primus custos, pro numeris ordinis XI quos ipse posuerat in prima descriptione cod. Urb. lat. 997 eiusdem codicis

[1] In indice ordinis XI (Urb. lat. 1771, f. 72^{v}) legitur ⟨codex⟩ 1098 = *Index Relationum et scripturarum quae in variis voluminibus in fine Bibliothecae* ⟨Vaticano-Urbinatis⟩ *extant.*

folio 2^v praefixa, sequitur ordinem illum aliquandiu viguisse. Quia vero Iohannes de Miro, custos alter, anno 1698 codicibus totius Bybliothecae recensitis, numeros ordinis XI recitat et anno 1712 L. Zaccagnius decessit, sequitur eum ordinem post 1698, ante vero annum 1713 in usum venisse.

De quo ordine nullum perfectum vel adumbratum inventarium,[1] nullus index alphabeti ordine digestus exstat.

De conlectionibus codicum deque singulis codicibus conlectioni Vaticano-Urbinati inlatis.

Iam tempore dispositionis a Steph. Gradio factae (ord. XI) codex extraneus ut videtur Conlectioni Vaticano-Urbinati additus est.[2] Occasione oblata huius novae dispositionis (ord. XII) adiecti sunt codices viginti,[3] uno eodemque modo compacti, una eademque manu ut plurimum exscripti, qui iam antea in armario proximo conlocati fuerant,[4] ubi exstant scholae fere omnes de philosophia ab aliquot Patribus e Societate Iesu in Collegio Romano saec. XVI exeunte habitae; et pars quinta saltem codicis 1206.[5]

[1] Huius inventarii folium immo folii partem adglutinatam invenimus f. 52^r Urb. lat. 1388 quae praebet descriptiones codd. 486–490 huius ordinis.

[2] Urb. lat. 800 qui Magistri Sacri Palatii libri evulgandi licentiam praebet s. d. 4 mens. aug. 1633.

[3] Sunt codd. Urb. lat. 572. 573. 574. 600. 748. 1302. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476? 1477. 1478. 1479. 1483. 1484. 1485. 1486. 1752.

[4] Cf. relationem inspectionis codicum a. 1698 factam, quae exstat in Bybl. Vatic. tabulario t. 15 f. 486^v unde adparet id temporis codices latinos (1373) conlocatos esse in 13 armariis (n^{tis} 56–68), graecos (165) in duobus (n^{tis} 52. 53), hebraicos (57) autem in armario 51°. In armario vero 49°, praeter 177 codices qui forsan sunt Gaudentii Paganini, *Adsunt... multi alii codices hebraici non notati numeris et codices aliqui manuscripti philosophi, et fasciculi aliqui relationum.*

[5] Quae pars f. 29^r habet notam manu ipsius L. Zaccagnii scriptam *Quest'opra spetta alla Biblioteca Vaticana et è stata legata in questo tomo per errore Lorenzo Zaccagni.* Partes vero 3–4 et 6–13 nullam argumentum praebent a quo ipsarum originem arguere liceat. Sed ni fallimur Vaticanam originem potius quam Urbinatem.

Nescimus[1] eademne occasione an anno 1719 additi sint tum codices de rebus politicis, quos Steph. Gradius e Bybliotheca Castri Durantis illatos in sua secunda recensione (ord. XI) praetermisit,[2] tum, quos vocant « avvisi », signati alii Urb. lat. 1038-1101, alii Urb. lat. 1102-1112 atque post mortem ultimi ducis Urbinatis exarati, quos ideo Urbini fuisse non dixeris qui omnes in armariis vicinioribus nullo numero notati iacebant,[3] tum Urb. lat. 850[4] — Urb. lat. 1005[5] — Urb. lat. 1262.[6] Pariter nos fugit[7] quando Conlectioni Vaticano-Urbinati accesserit corpus operum circiter 172 Gaudentii Paganini ipsius manus descriptorum. Qui Pesclavii in Helvetiis anno 1596 notus celebrioribus Germaniae academiis peragratis e Calvini secta catholicae religioni sese addixit atque primum Romae in Archigymnasio decem annos linguam graecam, deinde ab anno 1628 usque ad 3 diem mensis ianuarii 1649 in quo e vivis excessit, in Academia Pisana huma-

[1] Nullam Bybl. Vatic. codicum inspectionem inter annos 1600 et 1613 factam invenimus.

[2] Cfr. supra pag. XVII* lin. 8.

[3] Cf. relationem a. 1698, ibid. f. 486v, ubi notatur: *Adsunt* (in armario 54°) *varii fasciculi foliorum solutorum, in quibus varię relationes continentur,* in armario 55° *Adsunt volumina 88 continentia varias historias et relationes* et in armario 56° praeter ultimos codices latinos numeris notatos *In eodem armario adsunt viginti novem volumina variarum relationum quę non sequuntur eundem ordinem numerorum.*

[4] Qui de Urbe direpta (a. 1527) praesertim pertractat.

[5] Qui Octavii Mirto Frangipani episcopi Caiacensis post Tricaricensis, nuntii Coloniensis a 12 iun. 1587 ad 20 aprilis 1596, deinde Flandrensis usque ad 12 iun. 1606 registrum epistularum continent.

[6] Qui tabularii Ravennatis inventarium Card. Iulio Feltrio de Ruvere dicatum continet.

[7] Etenim volumen tertium inventarii codicum Urbinatum latinorum, quod de ea re certiores nos facere potuisset, a Rinaldo Santoloni Bybl. Vatic. famulo primum absconditum (una cum voll. VIII [codd. 6459-7058] et IX [codd. 7059-7212] inventarii codd. vaticanorum latinorum) tempore quo commissarii gallici deligebant codices virtute Tolentini Tractatus Parisios deferendos, dein, cum anno 1797 gallicae copiae Romam occuparunt igni datus fuit. Cf. Tabul. Bybl. Vatic., t. 52, ff. 22v-23v. Praeter incertam indicationem superius datam pag. XVIII* in nota 4 nihil in Tabulario invenire potuimus.

niores litteras docuit.[1] Huius autem libri, quorum exstabat inventarium proprium[2] certe iam anno 1751[3] in Bybliotheca Vaticano-Urbinate, atque, ni fallimur, in extrema parte[4] conlocati erant.

Denique post annum 1751 in eandem inlati sunt codices pauci, nescimus cuius originis,[5] et conlectio quaedam 106 codicum,[6] quorum compluribus inest nota possessionis Iohannis Andreae Lorenzani.[7] Codices grandioris formae in folio custodiae loco praefixo ornamenta quaedam praebent aere incisa, vel ex imaginibus vel ex librorum frontibus exsecta. Omnes vero codices, simplici tecti sunt membrana, quorum dorso una eademque manus titulum

[1] Cf. de eius vita et scriptis, Ang. Fabroni *Vitae italorum doctrina excellentium,* vol. XIV, Pisis, 1789, pp. 11-53; *Historiae Academiae Pisanae,* vol. III, 1795, pp. 659-666.

[2] Urb. lat. 1629 A cum quo compactum est (ff. 103-106) inventarium aliud per breve, eo tempore digestum quo codices apud Alex. Minerbetti, Studii Pisani curatorem depositi erant cum scil. Gaudentius Paganini supremum diem obiit. Ordinem cod. 1629 A invenies infra pp. LXX-LXXI.

[3] Cf. relationem inspectionis codicum Bybl. Vatic. factam die 15 mens. maii 1751 (in tabul. eiusdem Bybl. t. 15 f. 507v). *Nota In questa libraria devono rimettersi a suo luogo due raccolte delle opere di Paganino Gaudenzio, segnate n° 1604 e 1605 che sono presso l'Abbate Foggini et il P. Terzoni i quali nel riscontrare detta libraria oltre il non averli posti in questa lista, hanno collocato sotto i numeri di cinque altre raccolte di d° Paganino altretanti Codici di diverse materie, che non sono inventoriati.*

[4] Numeri enim 1627, 1628, 1629 qui postremos Conlectionis Paganini codices distinguunt, aliquando codices etiam Urb. lat. 1709 (olim 1627) 1749 (olim 1623) et 1751 (olim 1629) distinxerunt, quod saepe libris accidit in extrema parte cuiusque Bybliothecae conlocatis.

[5] Ut codices Urb. lat. 1567 qui varia ad Helvetios spectantia continet; 1664 olim card. cuiusdam Barberini; 1727 titulos, vulgo « avisi », continens; 1739, Gregorio XIII a. 1581 dicatus; 1740 dicatus Marco Accoramboni; 1755 vitam exhibens B. Stephanae Quinzani et 1762 olim Laviniae Veterani-Ansaldi.

[6] Sunt codices Urbin. 1630-1663. 1665-1683. 1686-1707. 1711-1712. 1714-1726. 1728 haud absimilis eorum qui Ioh. Lorenzani procul dubio fuerunt: 1729 qui foliorum aciem *eodem modo* depictam praebet 1730-1732. 1733 et 1734 sicut 1729, 1735-1738. 1741-1748, 1756 eadem manu scriptus ac reliqui libri eiusdem Conlectionis.

[7] Cf. cod. 1741 *G. A. Lorenzani possessor* vel, ut plerumque, *G. A. L.* De eo nihil invenimus ap. P. L. Galletti *familiarum notationes,* (Vatic. lat. 7957-8018) *Necrologium romanum,* (Vatic. lat. 7871-7899); nihil ap. V. Forcella (*Iscrizioni delle Chiese e d'altri edificii di Roma*); nihil ap. Moroni *Dizionario....*

adpinxit, ornatum subiecit, inferius autem ut plurimum numerum. interdum et litteram quandam posuit.

De codicibus Urbinatibus qui non conparent.

Bybliothecam ducum Urbini quae saeculo sexto decimo ineunte Codicibus fere 905 [1] constabat Caesar Borgia anno 1502 cum Status Urbinatenses dolo occupasset [2] in turri Foroliviensi includendam curavit, ubi anno 1504 mense septembri Guidobaldus I praeter exspectationem repperit. [3] Tredecim tamen codices latini deerant [4] qui distincti sunt numeris 17, 309, 357. 413. 434. 526, 536. 540. 552. 573. 632. 646. 654 in vetere indice edito a Cos. Stornajolo. Liber de simplicibus cum herbis arboribus et animalibus depictis (n. 309) Foro Livii inventus est anno 1512 et a Francisco Maria I summo cum gaudio receptus, [5] at mutuo

[1] Quos inter latini 650, graeci 168, hebraici 83.

[2] Cf. epistulam Guidobaldi I, 28 iun. 1502. in cod. Urb Lat. 1023 f. 188.

[3] Cf. Urbani de Urbanis commentarios de Francisco Maria I ... (Urb. lat. 490 f. 110v) *Guidobaldo... strinse talmente la Roccha, che in pochi giorni l'hebbe a patti... Et dentro truovatovi le belle sue tappezarie della historia di Troia et altre cum molti di suoi mobili et la bella Libraria privata pero di alchuni pezzi et spogliata in tutto delli belli et ricchi suoi ornamenti d'argento li fece riportare in Urbino ...*

[4] Cum prima facta est codicum inspectio deesse videbantur codices Storn. 548 (Urb. lat. 417), 567 (Urb. lat. 308), 637, 638, 639, qui postea tamen reperti sunt.

[5] Huius recuperationis historia legitur in codd. Urb. lat. 489 f. 7r et 490 f. 136v e quo haec descripsimus: *et come ciaschuno cosi anchor esso* ⟨duca⟩ *tornossine* post expugnationem urbis Granarolae a. 1512 *al loggiamento suo. Dove gli fu consignato il bel libro in forma grande scritto in membrana a penna coverto di veluto verde chiamato l'herboraro nel qual monstravansi li più notandi simplici di Medicina retratti con vaghi minii dal naturale col nome di ciascuno et virtu loro, solecitato per recuperarlo da un suo secretario havendo egli intese il giorno prima che si ponesse campo a Granarolo che era in Furli presso un frate zoccholante, non recuperato da Guidobaldo come gli altri nella expugnation fece della Roccha di Furli per esser quello alhora in secrete mane di particulari et pero non rimandato con li compagni ad Urbino Et benche anchor esso come gli*

datus anno 1516 [1] iterum depertitus est. Carmina vero Alexandri Braccii Florentini (n. 540) reddita sunt a quodam milite [2] et nunc sub Urb. lat. 741 exstant. Denique tractatus de re heraldica Ioannis de « bado auaro » (= Bado aureo) et Francisci de le fosse (n. 434) splendide corio castaneo compactus et Frederici ducis imagine ornatus a Ioanne Francisco Enzola parmensi ad praesens est Barberinianus latinus 4295. [3]

Sex codices latini graecusque unus [4] mutuo dati eodem fere tempore amissi sunt. Graecus codex qui XI comoedias Aristo-

altri libri fusse stato spogliato di suoi ricchi adornamenti d'argento et d'oro, fu nondimeno si grata al Duca la sua recuperatione che l disse per la rarita et bellezza del libro et memoria di chi lo fece fare, che non gli era menormente charo che la presa di Granarolo...

[1] Cf. notam in inventario vetere f. 44v (Storn. pp. XCIX–C).

[2] Cf. ibidem f. 75r (Storn. p. CXXV).

[3] Est saec. XV, mm. 234×169, ff. 76. Folio custodiae v in circulo auro et ornamentis distincto legitur. *In questo libro se contene lo tratato de Maestro Ioanne da bado auaro insieme cum Maestro francesco de le fosse del pegnere larme o insegne. item del modo del combatere de battaglie singolar e Tornamenti e Giostre e come se crea l'imperadori Duci Conti Marchesi Cavaleri e de l'ordine de gli exerciti.* F. 1r inferius stemma gentilicium Friderici tiaria et clavibus pontificiis insignitum, adiectis verbis *Fe. Dux* auro pictis. F. 1r superius nomen exstat possessoris saec. XVI *Sum iac' Ant.' de vivolis de Carrate.* Tegumentum constat tabulis corio vitulino coopertis castanei coloris, ubi cruces et orbiculi alternis vicibus occurrunt auro argentoque depicta. in operculo priore medio nomisma conspicitur cum imagine ducis Frederici quam inscriptio circumdat FEDERICVS. DVX. VRBINI : MONTIS FERETRIQ. COMES : REGIVS GENERALIS CAPITANEVS : AC SANCTE RO. EC. CONFALONERIVS: infra autem IO. FR. PARMEN. In operculo posteriore eques armatus qui hostem clava se defendentem proterit. Praeeunt duo milites quorum prior palmam effert. In superiore parte versus legitur CAEDERE DAT MAVORS HOSTEM : VICTORIA FAMA et annum MCCCCLXXVIII. Inferius item nomen artificis IO. FR. PARMENSIS OPVS, de quo cf. A. Armand *Les médailleurs italiens* (1883) I pp. 43-6 III 7-8. – Attamen cum postremum nomisma a Ioh. Fr. confectum sit a. 1475, imago de qua supra delineata videtur ad codicum Urb. tegumenta exornanda potiusquam ad verum nummum cudendum. Exemplum coriaceum eiusdem nummi perpulchrum invenies in Urb. lat. 1418, quem nummum I. Affò describit in epistula quadam 23 ian. 1783 (v. Arch. Stor. per le provincie Parmensi vol. V, 1903, pp. 170-1). Notandum tamen est artificis nomen sub Frederici imag. non legi.

[4] In inventario vetere edito a C. Stornaiolo sunt lat. 116. 158. 239. 280. 309. 431, graecus 123.

phanis complectebatur nunc Ravennae in Bybliotheca Classense 137, 4A exstat. [1]

Alii duo codices tunc amissi sunt quorum alter Clarae Montefeltriae quae Urbini in monasterio S. Clarae degebat dono datus est a duce Guidobaldo I [2] et a duce Francisco Maria I, [3] alter vero, Homeri Iliadem continens gr. et lat. Paulo de Middelburgo episcopo Foro semproniensi datus est a Guidobaldo I a. 1495. [4]

Dux Franciscus Maria I a. 1516 mense maii regno evolutus [5] a Laurentii de Medicis fautoribus [6] et multis postea codicibus spoliatus, [7] mense septembri, pace facta, Bybliothecam a Frederico fundatam, Mantuam apud socerum transmisit [8] duo tamen codices Mantuae remanserunt cum reliqui omnes Urbinum iterum transportati sunt mense decembri 1521. [9]

[1] In eodem inv. ad marginem f. 98v notatur *habuit petrus florentinus Cartularius quem misit florentiam stampandum* in qua urbe die 28 mensis iun. a. 1516 edidit Bernardus Iuncta. Cf. A. Martin. *Les scolies du manuscrit d'Aristophane à Ravenne* 1882 in Bibl. des Ec. fr. d'Athènes et de Rome, fasc. 27.

[2] In eodem inv. f. 81v (Stornajolo 609).

[3] Ibidem f. 86v (Stornajolo 651).

[4] (Storn. n. 116) Nunc Ambr. II 77 sup. Cf. Aem. Martini et Dom. Bassi *Cat. codd. graec. Bibl. Ambr.* t. I (1906) pp. 533-4. In invent. vetere f. 97v ad marginem scriptum legitur *habuit dono magister Paulus Astro* ⟨logus⟩ *nunc episcopus semproniensis* et in codice f. 1r superius *hunc librum mihi dono dedit illmus dux Urbini anno dni 1495.to*.

[5] Cf. Pastor (Mercati) *Storia dei Papi* 4_1 (1908) p. 99.

[6] Dicti sunt Palleschi a stemmatis Medicei pilis (italice palle).

[7] Numero 90 quorum 41 typis expressi erant atque 49 manu scripti. Eorum catalogum sub titulo: *Infrascripti ablati sunt a palleschis absente domino Francisco Maria exule a statu* invenies ff. 108v - 112v inventarii veteris (Stornajolo pp. CXLVI-CLII) quando et quo modo in Francisci Mariae I manus venerint plane nescimus. In vetere Frederici Bybliotheca non fuerunt; unus tamen (Storn. 73) ex alia Bybliotheca pervenisse dicitur, de qua compertum habemus multa venisse volumina, ante annum 1502 Bybliothecae principali adiecta. An in ducali palatio exstitit post a. 1502 Bybliotheca quaedam minor codices non nullos Fredericianos conplectens aliosque recens adquisitos?

[8] Cf. Pastor, ibidem p. 134.

[9] Storn. 568 et 644.

Codices quindecim latini postea amissi sunt, [1] qua de causa nescimus.

Graeci codices deperditi sunt septem et triginta ex 168 quorum veterem indicem evulgavit C. Stornajolo. [2] Hoc tamen adnimavertendum tres et triginta in Armario quodam positis esse cum aliis libris minoris pretii,

Codices hebraici qui saeculo sexto decimo ineunte 83 numerabantur, in indice post annum 1543 digesto [3] Guidobaldi II temporibus septuaginta duo tantum descripti sunt, in indice confecto a. 1616 nonnisi septem et quinquaginta inveniuntur. Omnes vero codices qui Talmud vel eiusdem commentaria continebant perierunt. [4]

Quos index a. 1616 describit codices latinos, graecos omnes praeter quattuor in indice ante annum 1640 confecto reperiuntur, unde perspicuum est eos amissos fuisse saeculo septimo decimo ineunte.

Hi in indice a. 1616 sic describuntur:

1 (f. 53r) *Ioannis Aretini commentarii dictionum linguae latinae, in f° m. s. in pergno. legato in nigro è nel sod. luogo <sc. 3. dest> al n° 123.*

2 (f. 89v) *Orationes et psalmi ms. in 8° in pergamena, legate in raso rosso, sono poste nella 5a scan. della destra parte, sopra l'Epistole ed Evangelii gr. et lat. al numero 108.*

3 (f. 89v) *Orationes aliae m. s., in 8, in pergamena sono poste nel medmo luoco, e numero della 5a. scant. della destra parte dico al n° 108.*

4 (f. 100r) *Palladii de Agricultura in 4 m. s. in pergno ligato in rosso, nella 4 sc. dal lato destro al n° 101.*

[1] Storn. 203. 277. 294. 340. 514. 549. 572. 604. 605. 624. 629. 630. 634. 636. 639.

[2] Storn. *codices graeci* pp CLX-CLXXV et infra pp. XXXIII-XXXIV.

[3] Urb. lat. 1761 ff. 127r - 145v cf. Stornajolo ibidem p. XXX.

[4] Fortasse flamma exusti ut impii.

Qui sequuntur libri octo descripti in indice ante a. 1640 confecto iam anno 1657 non exstabant. [1]

Ex Bybliotheca Urbinate in indicibus (Vict. Em. Gesuit. 146 et Vat. lat. 9475).

1 (f. 2^{r}) *Aristotelis opera latine t. 3* id est <*topica et elenchi cum aliis notati nel ritratto in* 4° *m. s. in pergameno ligato in rosso*>, *scanzia 2, ordine 2, n. 3.*

(olim. in ordine V, sc. 7 sin. 58 ex quo descriptionem transcripsimus. Cf. Vat. lat. 10482 f. 160r).

2 (ff. 25 et 53^{r}) *Francisci Georgii Senensis macchinę in* 4° *m. s. in pergameno* <*ligato in giallaccio*> *scan. 3, ord*^{e} *3, n*^{o} *7.*

(olim in ordine III°, n. 607 (= 294?) et in ordine V°, sc. 3, dest., 89).

3 (f. 64^{r}) *Ovidius Metamorphoseon m. s. in* 4° *in perg*^{no} *ligato in rosso nella 7 scan., ord. 6, nu. 6.*

(olim in ordine III°, n. 523 et in ordine V°, scanzia 3, sopra, 134).

4 (f. 82^{v}) *Relatione d'un ridiculo successo in Bologna in casa di Bentivoglio ms. in f. legato in cuoio negro è nella 6 scan., ord. 6, nu. 7.*

5 (f. 49^{v}) *Liber Ruber continens Toreuma Ser*^{mi} *Federici Urbini ducis è nell'8 scan. ord. 5, nu. 14 sopra Andrea Corneo.*

Ex Bybliotheca Castri Durantis in indice edito pp. XLVI-LVI tres codices numeris distincti c. v. 4, n. 23 (p. XLVII), c. v. 9, n. 54 (p. LIV), et c. v. 12, n. 18 (p. XL).

Qui sequuntur codices 71 Urbino Romam anno 1657 translati iam ante a. 1671 non exstabant.

Ex Bybliotheca Urbinati in indicibus (Vict. Em. Gesuit. 146 et Vat. lat. 9475).

1 (f. 2^{r}) *Anassauri* <id est Anba Severi> *episcopi Almoneorum* <id est Asmoneorum> *liber* <*sacrarum*> *collectionum* <*con altre opere nel ritratto registrato*> *ms. siriaco in* 4° *legato in cuoio rosso* <*coi borchi*>.

(olim in ordine V, sc. 2, dest. 53 (Vat. lat. 10482, f. 3r, ex quo descriptionem complevimus), in ordine VI, sc. I, n. 25, in ordine IX, cassa 2, n. 25).

[1] Ut docent notae ab Holstenio adpositae vat. lat. 9475 ff. passim. Cur autem Holstenius dicat f. 10^{v} libri Francisci Ioannis Senensis typis expressum esse, quem omnes indices manu scriptum adfirmant, non perspicimus. In indice (Gesuit 146, f. 53) dicitur *manca come si vede nell'altro indice più piccolo.*

2 (vat. lat. 9475 f. 11^r) *Incerti astronomia, scanzia 3, ordine 3, n° 12* <et ultimus>.

Cum nihil de hoc codice mentio in indice (Vict. Em. Gesuit. 146) fiat, idem esse videtur ac codex sub n° 2° ordinis 4 « scanzia » 3. qui a. L. Holstenio deesse dicitur sed perperam.

3 (ibidem. f. 15^v) *Ovidius mstus <in> 4° scanzia 6, ordine 6, n° 23* <et ultimus> *cassa 33, n° 19*

4 (f. 50^r) *Laurentii Vallȩ orationes nonnullae in fol. in perg. legato in cuoio rosso è nell' 8 scan., ord. 7, nu. 30.*

(in ordine IX, cassa 41, n. 145).

5 (ibid.) *Libanii orationes graece, in 4° ms. legato in bianco sono nell' 8 scans., ord. 5, nu. 31.*

(in ordine IX, cassa 40, n. 84).

Ex Bybliotheca Castri Durantis autem 66 codicis qui in edito inventario in ordine IX numeris 29. 30, 175. 211-269. 335. 344. 429. 447. 688. 695. 821 distinguuntur.

Denique sequentes codices 21 a Steph. Gradio ante a. 1671 descripti (Urb. lat. 1388), anno 1719 in ordine ultimo (I) Conlectioni Vaticano-Urbinati non describuntur.

1 (f. 9^r) n. 22 *Officium Io. Baptistae. Inc. Regem precursoris.*

Codex in 8° ex pergameno in rubro cartae scriptae...

(olim in ordine VI, scanzia 1, ordine I, n. 22, ibidem dicitur *ligato in velluto rosso ma logoro,* in ordine X, 63).

2 (f. 12^v) n. 55 *Fratris Brocardi ordinis praedicatorum in S. Scripturam commentarius. Inc...*

Codex in fol. ex pergameno in pergameno c. s...

(olim in ord. X, 1408).

3 (f. 30^r) n. 197 *D. Thomae Aquinatis. De regimine principum. Inc. Quia liber c. 3.*

Codex in 12° ex pergameno in pergameno c. s...

Nota in libro nomen auctoris non esse perscriptum.

(olim in ord. X, 1028. Idem esse videtur ac codex 200 eiusdem ordinis (= Urb. lat. 1007) qui tamen a Steph. Gradio describitur ut codex in 4° et tegumento chartaceo compactus).

4 (f. 47^r) n. 422 *Sebastiani Maccii de seminis natura ac de origine animę intellectivę contra Averroistas. Inc. Philosophia serenissime princeps c. 1.*

Codex in fol. ex charta in chartaceo c. s. 12.

(olim in ordine VIII, c. v., 11, n. 42, in ord. IX, c. n. 56, n. 651, in ordine X, 1207).

5 (f. 53^r) n. 506 *Anonymi Tractatus de chiromantia. Inc. Philosophus in libro.*

Codex in fol. ex charta in charta c. s...

6 (f. 54^r) n. 523 *Tabulę Geographicę ad usum navigantium.*

Codex in 4° ex pergameno c. s. 4.

(olim in ord. VIII, c. v. 11, n. 20, in ord. IX, c, n. 56, n. 629, in ord. X, 1307).

7 (f. 59^v) n. 615 *Anonymi Historiarum index ab orbe condito in quo loca notantur quibus eadem a scriptoribus diversis tractantur iuxta ordinem cronicę Genebrardi. Inc. Mundi opificium c. 2.*

Codex in 4° ex charta in chartaceo c. s. 12.

(olim in ord. VIII, c. v. n. 57, in ord., IX, c. n. 52, n. 342, in ord. X, 957).

8 (f. 75^v) n. 857 *Antonii Cerutii Archipresbyteri Novariensis carminum liber quartus. Inc. Culte parum properes c. 1.*

Codex in 4° ex chart. in nigro c. s. 36.

(olim in ord. VIII°, c. v. 4, n. 30, in ord. IX, c. 47, n. 128, in ord. X, 831).

9 (f. 76^v) n. 879 *Rodulphi de castro villa dissertatio de imperfectione comoedie Dantis contra Varchium. Inc. Trattandosi a questi c. 1.*

Codex in fol. ex charta in chartaceo c. s. 15.

(olim in ord. VIII, c. v. 10, n. 49, in ord. IX, c. n. 55, n. 526, in ord. X, 1364).

10 (f. 85^v) ... *commentarius Italico vulgari sermone conscriptus in Boetii libellum de consolatione Philosophiae. Inc. Carmina etc. conciosa* (?) ... *c. 1.*

Codex in fol. ex pergameno in rubro c. s. 45.

(olim in ord. X, 975).

11 (f. 86^v) n. 1801 *Anonymi Paraphasis in lib. Aristotelis de parvis naturalibus. Inc. Quoniam plurimę operationes c. 1.*

Codex in fol. ex charta in chartaceo c. s...

(olim in ord. X, 1000).

12 (f. 88^{r}) n. 1106 *Anibalis Cari de simbolis alias impresiis Domus Farnesię. Inc. con questa c. 2.*

Codex in fol. ex charta in charta c. s. 8.

(olim in ord. VIII, c. v. 7, n. 15, in ord. IX, c. n. 51, n. 300).

13 (f. 88^{r}) n. 1111 *Petri de Crescentio Bononiensis de commodis ruralibus. Inc. Modum. nec sit tamen.*

Codex in fol. ex charta in charta c. s. 43, liber acephalus.

(olim in ord. VIII, c. v. 12, n. 98, in ord. IX, c. n. 41, n. 837, in ord. X, 994).

14 (f. 88^{r}) n. 1114 *Figurę quedam ad disponendas areolas hortorum pictura delineatę.*

Codex in 4° ex charta in pergameno c. s. 50.

(olim in ord. VIII, c. v. 11, n. 149, in ord. IX, c. n. 57, n. 753, in ord. X, 1380).

15 (f. 89^{r}) n. 1131 *Figurę quędam artis lanisticę et*

Codex in fol. ex charta in... c. s.

(ol. in ord. X, 1404).

16 (f. 90^{r}) n. 1161 *Anonymi de arcibus muniendis. Inc. Questa arte c. 1.*

Codex in 4° ex charta in charta c. s...

(olim in ord. VIII, c. v. 11, n. 70, in ord. IX, 57, 679, in ord. X, 1245).

17 (f. 91^{v}) n. 1180 *Ludovici Odaxii Patavini oratio funebris in obitu Federici Feltrii Urbini ducis. Inc. Si cunctę christianorum.*

Codex in fol. ex chart. in cartone c. s. 15.

(olim in ord. VIII, c. v. 5, n. 58, in ord. IX, c. n. 48, n. 200, in ord. X, 899).

18 (f. 92^{v}) n. 1204 *Pauli Zeferini forosemproniensis oratio in funere Victorię Farnesię a Ruere Ducisse Urbini. Inc. Flebile amarissimo c. 2.*

Codex in fol. ex charta in pergameno c. s...

(olim in ord. VIII, c. v. 7, n. 67, in ord. IX, c. n. 52, n. 352, in ord. X, 962).

19 (f. 95^{r}) n. 1219 *Iacobi Utinensis ad Federicum Ducem Urbin. epistula. Inc. Mitto hos quinterniones c. 1.*

Xisti IV Pont. Max. Bulla ad crucesignatos contra Turcas. Inc. Nihil gloriosus c. 3.

Videtur esse quędam declamatio potius quam vera Pontificis epistola.

Codex in 8 ex pergamena in rubro c. s. 30.

« *Vide num. 1361* » hoc scriptum manu L. Zaccagnii = Urb. lat. 933.

(olim in ord. X, 197).

20 (f. 99^{r}) n. 1231 *Pauli Zepherini oratio de ortu Principis Urbini Habitę forosempronii anno 1601.*

Codex in fol. ex charta in pergameno c. s...

(olim in ord. VIII, c. v. 7, n. 60, in ord. IX, c. n. 52, n. 345, in ord. X, 969).

21 (f. 104^{r}) n. 1334 *Laurentii Parisii dissertatio de fortuna. Inc. Che nella filosofia c. 3.*

Codex in fol. ex charta in pergameno c. s...

(olim in ord. VIII, c. v. 7, n. 70, in ord. IX, c. n. 52, n. 355, in ord. X, 959).

Duos codices manu scriptos vel potius membranas quasdam in Bibliotheca Castri Durantis, ut videtur, numeris c. v. 11, n. 161 (= c. n. 57 n. 765) et c. v. 12, n. <100>=(c. n.<61>, n.<839>) distinctos, qui in armario prope Conlectionem Vaticano-Urbinatem sine numero a. 1734 iacebant, [1] non inveniuntur; tres codices in inventario a. 1719 numeris, 1267, 1409, 1476 distincti, iam a. 1797 deerant [2] et a. 1809 quo pater Carolus Altieri scriptor linguae latinae munere primi et secundi custodum, ab officio suspensorum, fungebatur [3] codex 276 bis

Anonymi Tabulę Histiodronicę orę marittimę ad usum nautarum.

Cod. membran. in fol. pag. delineatis XII.

(olim in ordine VIII, c. v. 10, n. 19, in ord. IX, c. 56, n. 628, in ord. X, 1389, in ord. XI, 522)

amissus fuit. [4]

Stanislaus Le Grelle.

[1] Cf. relationem inspectionis codicum a. 1734 factam Vat. latin. 8231 f. 832^{r}: adversaria p. 861 *in eodem Armario* ⟨1⟩ *in arca oblonga charte geographice in pergam. Item Arbor Familiae Regum Britannie in pergam. In eodem exstant. duo volumina, in quibus plura graphidis exempla,* de quibus voluminibus nescimus an Urbino proveniant.

[2] Cf. infra pag. XXXIII*, notam 85, quae continebant ignoratur.

[3] Cf. Tabul. Bybl. Vatic., t. 59, ff. 19 et 20^{v}.

[4] Ibidem f. 29.

Notae.

I. - Ordo I. Urbinates latini.

1157. Saec. XV, membran., mm. 278×187, ff. 1-175.

Grammatici latini veteres; **Ovidii** (?) epist. Sapphus; **Poggii** defensiuncula contra Guarinum veronensem.

1. **Donati** [1] (f. 1) de octo partibus orationis. (Ex arte grammatica extractum opusculum a vv. *Partes orationis sunt octo* ad vv. *quas inconditas inuenimus;* cf. Grammatici lat., Lipsiae 1864, ed Keil, 4, p. 372 lin. 25-392, lin. 3). [2] (f. 11ᵛ). De *voce* (i. e. artis grammaticae reliqua a vv. *Vox est aer ictus* ad vv. *Troianas uexit ad urbes;* l. cit., p. 367-372, lin. 24 et 392, lin. 5-402).

2 (f. 19ᵛ). **Servii seu Sergii** commentarius (in ms. *interpretatio)* in artem Donati. (L. cit., p. 405-443, lin. 6, quia abrumpitur vv. *ut longo post tempore uenit. Et illud sciendum est...*).

3. **S. Bedae venerabilis** [1] (f. 29) de schematis et tropis *(s. Scripturae;* M. Patr. lat., 90, 175-186, libellus tamen lacunosus). [2] (f. 35ᵛ). De arte metrica liber ad Wigbertum levitam. (Grammatici lat., ed. cit., 7, p. 227-260).

4 (f. 50). **Sergii** de littera (de syllaba, de pedibus, de accentibus, de distinctione; Grammatici lat., ed. cit., 4, p. 475-485).

5 (f. 55ᵛ). **Maximi Victorini** (in ms. *Maximini Victurini)* de ratione metrorum. (Grammatici lat., ed. cit., 6, p. 216-228; in ms. autem sequitur *de participio* et *de adverbio,* quod scriba in textu omiserat).

6 (f. 60). **Metrovii Maximini** alias **Maximi Victorini** ⟨de finalibus metrorum⟩. (Grammatici lat., ed. cit., 6, p. 229-240, lin. 10 usque ad vv. *an Melibei).*

7 (f. 64). **Servii Honorati** de finalibus. (Grammatici lat., ed. cit., 4, p. 449-455; clauditur in ms. vv. *Explicit... de productione et correptione syllabarum).*

8 (f. 66ᵛ). **Phocae** ars. (Grammatici lat., l. cit., 5, p. 410-439).

9 (f. 81). **Marii Servii Honorati** de centum metris (in ms. *centimeter;* l. cit., 4, p. 456-464, lin. 11, quia abrumpitur vv. *intende laborem).*

10 (f. 83ᵛ). **Mallii Theodori** de metris, initio mutilus inc. vv. *Metrum dactilicum.* (L. cit., 6, p. 589, lin. 20; sequuntur alia excerpta ex cod. vaticano 1491; cf. Keil, l. cit., p. 582; des. vv. *Nam qui sic ceciderit erit uitiosus et turpissimus).*

11 (f. 88). **Pompei** de barbarismo. (L. cit., 5, 283-284, lin. 28, usque ad vv. *sed barbarolexis).*

12 (f. 89). ⟨Poetae Ovidiani epist. Sapphus Phaoni⟩. (Ovidii carmina, Ehwald, Lipsiae 1891, 1, p. 173-179).

13 (f. 92). **Ciceronis** *synonima: Abditum, opertum, absconditum - Prestolatur, expectat, sustinet;* praeit epist. *Cicero Lucio Veturio suo salutem: Collegi ea quae pluribus modis dicerentur - initium capiamus.* (De edd. cf. Schanz, *Geschichte d. röm Litt.,* München 1909, 3ª Aufl., 1, p. 505).

14 (f. 104ᵛ). **Prisciani** de metris comicis. (Grammatici lat., 3, p. 418-426, lin. 12, abrumpitur enim vv. *ad integrum restituere musice locum).*

15 (f. 108). ⟨**Pauli** diaconi excerpta ex libris Pompei Festi de significatione verborum. (Sexti Pompei Festi... cum Pauli epitome ed. Müller, Lipsiae 1839, p. 1-379).

F. 175. ⟨**Poggii** florentini fragmentum defensiunculae contra Guarinum veronensem⟩... *et Taciti testimonio asserentes - ad libertatis causam pertinet.* (Poggi opp., Basileae 1538, p. 373, lin. 20-375, lin. 4).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Al. Lambruschini, card. bibliothecarii.

1158. Saec. XV, membran., mm. 235×160, ff. I. 44.

Aeneae Gazaei (in ms. *Enee sophiste uiri cl. dialogus)* ⟨qui Theophrastus seu de animae immortalitate inscribitur, Ambrosio Traversari interprete⟩; praeit epist. dedicationis Ambrosii ad Andreolum Iustinianum. (Versio saepe edita, epistolam autem habes etiam in Ambrosii Traversarii epist., ed. Mehus, Florentiae 1759, lib. XXIII, epist. XI, col. 970).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 232 signatur, titulos praefert rubros, initiales maximas aureas, arborum ramis coloribusque ornatas. In marg. inferiore f. 1 tessera gentilicia Friderici, Urbini ducis, una aquila praedita. Ff. I. 44 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1159. Saec. XV, membran., mm. 235×162, ff. 1-83.

1. **Phalaridis** [1] (f. 4ᵛ) epistolae 1-138, Francisco Aretino ⟨Griffolini⟩ interprete; I: Phalaris Alciboo, inc. *Polycletus essenius, quem proditionis,* ultima: Himerensibus des. *laudem consecuturum;* praeit interpretis epist. dedicationis ad... principem ⟨Dominicum⟩ Malatestam No-

vellum de Malatestis: *Vellem Malatesta Nouelle - sed iam Phalarim audiamus.* [2] (f. 58). Eiusdem aliae quatuor epistolae, eodem interprete. I: Phalaris Ariphanti et Trasibulo inc. *Quas mutuo uobis pecunias dedimus,* IV: Evandro des. *bonitatis premium accepissent;* praeit (f. 57ᵛ) interpretis dedicatio *diuo* Alfonso regi: *Quatuor Phalaridis epistolas, quas nuper - nomini tuo dedicabo.* (De edd. cf. Hain, Repertorium bibl., n. 12872-12900 et Mancini, *Francesco Griffolini cognominato Aretino,* Firenze 1890, p. 18, nota 1).

2 (f. 60ᵛ). **Marci Bruti** epistolae 1-36 Theodoro graeco (Gaza?) interprete. I: Pegamensibus, inc. *Pecunias uos Dolobelle dedisse audio.* Ultima, *Dame: Armis et pecuniis opus est, aut mitte, aut nega;* praeit (f. 60) interpretis dedicatio Gaspari (Schlitz?): *Feci, mi Gaspar, quod a me petiisti. Epistolas enim M. Bruti. - regi nostro commendatum facias peto..... uale et lege.*

3 (f. 67). **Iannotii Manetti** *exortatio ad Calistum III summum pontificem pro danda liberali expeditionis bellicae adversus turcos commissione Alfonso, clarissimo Aragonum regi.* Inc. *Cum e Roma Neapolim, beatissime pater, salutandi Alfonsi regis gratia nuper accessissem.* Des. *cum presentis tum future uite premia consequi merearis.*

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 469 signatur, titulos praefert tum rubros tum nigros ac rubros alternis litteris, initiales maximas aureas lineis, coloribus et primam etiam floribus ornatas. Folii 1 quatuor margines eleganter auro, floribus, bestiis, viri ac mulieris, fortasse viventium, capitibus decorati sunt; in parte inferiore duo puelluli alis praediti sustinent tesseram gentiliciam Friderici Urbinatis una aquila distinctam, quae tamen ab altero pictore posterius picta est super tessera anteriore alterius familiae. F. 83ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1160. Saec. XV, chart., mm. 209×142, ff. 1-61.

Phalaridis [1] (f. 5ᵛ) epistolae 1-138, Francisco Aretino ⟨Griffolini⟩ interprete. Incipiunt ac desinunt ut in cod. superiore; praeit (f. 1) interpretis dedicatio ad principem ⟨Dominicum⟩ Malatestam Novellum de Malestis. [2] (f. 60). Eiusdem aliae quatuor epist., eodem interprete, uti in cod. superiore praeit dedicatio interpretis divo Alfonso regi. (De edd. cf. codicem superiorem).

Tituli atque initiales rubrae, prima excepta, quae aurea et arborum ramis coloribusque ornata est. F. 1 vacuum. Ordinem foliorum turbatum sub finem restitui.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1161. Saec. XVI, chart., mm. 180×123, ff. 1-52.

Plutarco *il convivio di sette sapienti di greco in volgare tradotto.* Inc. *Non è egli il uero, o Nicarco, che la lunghezza del tempo sparge grandissime tenebre*

et oscurità nelle cose mortali, poichè fede si presta a que libri, i quali sono falsamente composti, delle cose le quali di pochi giorni innanzi auennero. Des. *Et cotal fine hebbe, o Nicarco, questo uirtuoso adunamento. Il fine del conuiuio.*

Codex littera currenti scriptus nulla praefert ornamenta. Ff. 50-52 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. B. Pitra, card. bibliothecarii.

1162. Saec. XV, membran., mm. 194×123, ff. 1-28.

Luciani parasitus Andrea Cornie, *urbinensi, interprete.* F. 3 inc. *Ty. Quidnam causae, o Simo, quod caeteri homines tum serui tum etiam liberi artem aliquam sunt consecuti, unde sibi ac reliquis emolumentum afferant.* Des. *Nam matres quoque primigenitos impensius amare dicuntur;* praeit (f. 1) interpretis prooemium: *Ad illmum principem et excellentissimum ducem Federicum, Urbini comitem: Qui perhibent graecos ingenio quidem promptissimos, et ad rerum omnium inuentionem aptissimos extitisse - Simonis discipulus in ea arte fieri concupiscit.*

Codex, qui in indice urbin. vetere n. 626 signatur, titulos et initiales praefert tum rubra, tum caerulea. F. 28 vacuum.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1163. Saec. XIV-XV, membran., mm. 260×176, ff. I. 28.

Opus gramaticale auctoris modorum significandi. Inc. *Cum cuiuslibet artificis principia siue artis primo et per se intersit considerare. Nos igitur gramatice intentiones.* Des. *Ita perfectio presupponit congruitatem etc. Amen. Et ad praesens de gramatica dicta sufficiant. Explicit...* In f. I^v alia manu saec. XV: *Petri belge, doctoris parisini, de modis recte orationis significande.* (In Valentinelli, Bibliotheca ms. ad s. Marci Venetiarum, Venetiis 1871, p. 136, opus eiusdem generis Martino de Dacia assignatur; cf. *Manuscrits de la bibliothèque de Troyes, Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements,* Paris, 1855, 2, p. 821, cod. 2006, ubi Ioanni de Dacia tribuitur).

Codex, qui in vetere indice urbin. p. CLIII, n. 4 signatur, titulum praefert rubrum, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initialem primam auream intextis ramis et coloribus ornatam. In marg. inferiore f. 1 in corona laurea tessera gentilicia urbinatis ducis picta est, duabus aquilis, insigni pontificio, corona et initialibus F. D. praedita. Ff. I. 28^v vacua.

In tegumenti mediis paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1164. Saec. XV, membran., mm. 260×170, ff. I. 183.

Leonardi ⟨Bruni⟩ aretini opera et versiones; **Iacobi Pisaurii** de magistratibus romanorum.

1 (f. 3). **S. Basilii** de studiis litterarum, Leonardo aretino interprete. (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, p. IV, p. 2208).

2 (f. 17). **Leonardi ⟨Bruni⟩** dialogus ad Petrum hystrum, libri I-II. (De edd. cf. l. cit., p. 2211).

3 (f. 43). **Iacobi Pisaurii** de magistratibus romanorum (titulus tamen manu posteriore in margine folii). Inc. *Varro in Italia simplicia fuisse nomina ait, extimationis sue argumentum refert.* Des. *turma triginta.* (De auctore cf. Saviotti, *Archiv. stor. per le Marche e per l'Umbria,* IV, 1888, p. 73 sqq.).

4. **Leonardi ⟨Bruni⟩** [1] (f. 46) de militia ad Rainaldum Albitium, equitem florentinum. (De ed. cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, 2, col. 545). [2] (f. 65). De laudibus florentinae urbis. Inc. *Vellem mihi a Deo immortali datum esse uel florentine urbi, de qua dicturus sum, parem eloquentiam prestare possem.* Des. *populumque eius ab omni clade maloque defendite.* (Italica versio tantum edita, cf. Bandini, l. cit., 2, col. 554). [3] (f. 98v). Isagogicon moralis disciplinae. (De edd. cf. Mazzucchelli, l. cit., p. 2210). [4] (f. 115). *Oratio pro se ipso ad presides.* Inc. *Etsi non fuit necessarium, presides, aduersarios meos, presertim in tantis reipublice occupationibus.* Des. *extimationique consulere.* (Cf. Bandini, l. cit., 2, col. 549). [5] (f. 121v). *De recta interpretatione.* Inc. *Cum Aristotelis libros ad Nichomacum scriptos e greca lingua in latinum uertissem.* Des. *Illis uero tamquam monstra et inaudita prodigia uiderentur.* (Excerpta dedit Wotke, *Beiträge zu L. Bruni. Wiener Studien,* XI, 1889, p. 291 sqq.). [6] (f. 138). Oratio contra hypocritas. Inc. *Ex omni genere hominum, quos uariis damnabilibusque uitiis ingeniosa et ad malum prona coinquinauit improbitas.* Des. *In uitia autem aliena non curiosus sis sed in tua.* (Fasciculus rerum expetendarum ac fugiendarum... Londini, 1690, 1, p. 307-310). [7] (f. 146v). Epistola Philippi macedonici ad athenienses ex graeco in latinum translata. Inc. *Rex macedonum Philippus atheniensium senatui plebique salutem. Quoniam persepe iam legatos misi.* Des. *et diis testibus inuocatis pro rebus meis pugnabo.* (Epistolae regum, principum, rerumpublicarum, Argentinae, 1593, p. 210 sqq.). [8] (f. 150). *Oratio in nebulonem maledicum* (i. e. Nicolaum Nicoli). Inc. *Respondissem tibi iamdudum, perditissime scurra, nisi me id facere uolentem amici omnes... retinuissent.* Des. imperfecte spatio relicto: *Vos si potestis, risum contineatis. Primum igitur.* (Cf. Bandini, Bibliotheca laur., 2, col. 549). [9] (f. 166v). ⟨Xenophontis Hiero ex graeco in latinum versus⟩. Inc. *Cum ad Hieronem tyrannum Simonides poeta.* Des. *Felix enim cum sis nemo tibi inuidebit:* praeit (f. 165) ⟨interpretis praefatio ad Nicolaum Nicoli⟩: *Xenophontis philosophi quemdam libellum, quem ego ingenii exercendi gratia - nullo modo ausi sumus attingere.* (De edd. cf. Hain, Repert. bibliograph. 1, n. 2684 sqq.).

Codex, qui in indice vetere urbin. n. 474 signatur, titulos primo excepto, qui litt. aureis, praefert rubros, initiales maximas aureas lineis coloribusque ornatas. In f. 1v circulus maximus ramis, floribus et coloribus ornatus quem ambiunt decem alii circuli minores, in quibus tituli operum. Folii 1 tres margines lineis ac floribus decoratus, in parte inferiore circulus corona laurea efformatus et a duobus puellulis sustentatus, in medio circulo aquila nigra monstrat tesseram gentiliciam urbinatem una aquila praeditam. Ff. I. 164v. 182. 183 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1165. Saec. XV, membran., mm. 255×160, ff. I. 157.

Demosthenis et Aeschinis orationes nonnullae Leonardo Bruni, aretino, interprete; Aeschinis epist. ad athenienses, eodem interprete.

1 (f. 12). **Demosthenis** *contra Philippum I.* Inc. *Pre multis, o uiri athenienses, pecunijs susciperetis, ut arbitror, si de rebus nunc propositis.* Des. *Utile uero foret omnium gratia;* praeeunt prooemia et argumenta orationum. [1] (f. 2) prooemium: *Aduersus Philippum Macedoniae regem graeciae dominatum - unquam legisse aut audisse confiteris;* [2] (f. 3) argumentum in I philippicarum: *Premultis... Bellum erat atheniensi populo aduersus Philippum... quod ita gerebatur - multisque rationibus idipsum suadet;* [3] (f. 3v) in II: *Premultis... Superiori concione olinthiorum postulata susceperant athenienses - de fortuna erat disputaturus;* [4] (f. 4) in III: *Nequaquam... Miserant copias athenienses, que olynthiis aduersus Philippum opem ferrent - ex maiori comparatione;* [5] (f. 4v) *in de pace servanda: Video... Oratio ista que de seruanda pace inscribitur euidens omnino flagitat - occasionem belli prestandam censet;* [6] (f. 5v) *in orationem pro Dyopithe: Par quidem... Haec oratio longe posterius dicta est - ob calumniam falso iniectam dissolvantur;* [7] (f. 6) *in orationem Aeschinis contra Ctesifontem: Collapsa pluribus locis Athenarum moenia cum reficere populus decreuisset - summamque oratorum auctoritatem;* [8] (f. 7v) *in orationem Demosthenis pro Ctesifonte: Non accusabatur Demosthenes sed eius fama et honor in periculum uocabantur - talione multatus in exilium actus est;* [9] (f. 8) *praefatio in orationes Demosthenis ad Nicolaum Medicem: Quod sit optimum ac probatissimum dicendi genus ii solum, o Nicola, mihi uidentur et argute discernere et incorrupte iudicare posse - quo nihil in earum cognitione desiderare posses.* (Cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, 3, col. 192 sq.). 2 (f. 17). Oratio II in Philippum. Inc. *In multis, o uiri athenienses, ut mihi quidem uidetur, intueri licet deorum beniuolentiam.* Des. *multo melius rebus omnibus sese habentibus.* 3 (f. 23). *Oratio de pace servanda, quarta.* Inc. *Video, Athenienses, presens quidem tempus difficultatem plurimam et turbationem habere.* Des. *pro in Delphis umbra bellum suscipere.* 4 (f. 27). Oratio III in Philippum. Inc. *Nequaquam eadem mihi uideor intelligere, o uiri athenienses, cum res ipsas*

considero. Des. *et uobis omnibus profuturum sit.* (Inter orationes Demosthenis, curante Hier. Wolphio, Aurel. Allobr., 1607, p. 11; cf. Bandini, op. cit., 2, col. 613). 5 (f. 33ʳ). Oratio ⟨VIII περὶ τῶν ἐν χερσονήσῳ⟩ (in ms. *pro Dyopithe).* Inc. *Par quidem fuerat, uiri athenienses, eos omnes qui apud uos sententiam dicunt nec inimicitia nec gratia commoueri.* Des. *seruare rempublicam possit.* (Ed. cit. Wolphii, p. 35, cf. Bandini, l. cit.). 6 (f. 46). **Aeschinis** oratio ⟨contra Ctesiphontem⟩. Inc. *Quanti conatus parentur, uiri athenienses, ad hoc iudicium oppugnandum, quantisque precibus nitantur.* Des. *iuste pro republica decernatis.* (Venetiis 1485 et Demosthenis op., ed. Cratander, Basileae, 1528, 1540, p. 274; cf. Bandini, l. cit., col. 613). 7 (f. 97). **Demosthenis** oratio ⟨pro Ctesiphonte⟩. Inc. *Primum quidem, uiri athenienses, deos atque deas omnes precor.* Des. *et salutem indubiam prestate.* (Ed. Wolphii, p. 313). Clauditur subscriptione: *Leonardus aretinus hanc Demosthenis orationem ex graeco in latinum conuertit, quam VII Kal. mai. Rome absoluit* (i. e. an. 1407; cf. Bandini, l. cit., in nota 4). 8 (f. 155). **Aeschinis** *atromiti epist. senatui populoque atheniensi,* Leonardo Bruni interprete. Inc. *Ego me ad rempublicam contuli XXXIII aetatis meae anno, non mehercule ex scena.* Des. *Melanopo contra nos roganti annuere.* (Cf. ed. Blass, Lipsiae 1896, epist. 12, p. 311-316).

Codex, qui convenire potest, sicut etiam cod. 1179, n. 466 veteris indicis urbinatis, titulos praefert rubros, praeter primum aureum, initiales maiores aureas coloribus et lineis, initiales maximas pariter aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus maximus floribus et auro decoratus quem ambiunt septem circuli minores, in quibus tituli operum tum aurei, tum caerulei. Folii 2 tres margines lineis, auro floribusque decorati sunt, in parte inferiore in circulo caeruleo aureoque aquila nigra, quae sustinet tesseram gentiliciam fridericianam una aquila praeditam. Ff. I. 1ʳ. 157ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1166. Saec. XV-XVI, chart., mm. 208×142, ff. 1-92 (+ ff. 1ᵃ. 65ᵃ-65ᵇ. 66ᵃ-66ᵇ. 80ᵃ-80ᶜ).

Leonardi Bruni aretini Ciceronis vita et Isagogicon; **Ciceronis** epistolae selectae; grammaticalia quaedam; epistolae latinae et italicae exercitationis gratia fictae; **Francisci Mataratii** carmina quaedam.

1 (f. 4). **Leonardi (Bruni)** aretini vita Ciceronis. Inc. *Tulliorum familia, quae et Ciceronis postea cognomentum recepit.* Des. *misere tandem ignominioseque perierunt;* praeit (f. 3) prologus (ad Nicolaum Niccoli): *Otioso mihi nuper ac lectitare aliquid cupienti - scribentibus superari.* (Mai, Cicero Ambrosianis codicibus illustratus et auctus. Mediolani 1817, p. 255-301).

2 (f. 34). **Ciceronis** epistolae aliquot. (Ex epp. ad familiares selectae; singulas recensere non operae pretium putavi).

3 (f. 61ᵛ). *Regulae quaedam ornandi.* Inc. *Verbum sepius in fine oratio-*

nis laudatur et principale potius quam secundarium. Des. *per nosmet, uosmet, illimet. Loco ob id continuo dicimus.*

4 (f. 64). ⟨De partibus orationis fragmenta⟩. Inc. *Partes orationis secundum grammaticos sane sentientes sunt octo.* Des. *Patronimicum est quod deriuatur a propriis nominibus.*

5 (f. 67). **Leonardi Bruni** aretini dialogus de moribus ad Galeotum amicum etc. (Idem ac dialogus quae alio titulo: *Isagogicon moralis disciplinae*, cf. cod. 164, f. 98r; de edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori...* 2, parte IV, p. 2210).

6 (f. 81). ⟨*Quorumdam epistolae italicae exercitationis gratia ab incerto confictae eaedemque in latinam linguam versae*⟩. [1] (f. 82). *El conseglo* (!) *et el populo de Roma saluta Iugurta re de Nomidia: Sappie che gl'anime dei toi amice sonno multo perturbati;* latine autem: *Scito tuorum animos amicorum vehementer deturbatos;* [2] (f. 82r) *Lentulo rom. saluta Mario da Cartagine: Benchè io so certo che la mia bona uolontà inuerso de te;* latine: *Etsi meum in te studium parum te mihi coniuxisse non dubito;* [3] (f. 83) *Publio Rutilio saluta Quinto Ortensio da Tibure: Non è alcuno del conseglo, o ueramente del populo, ouero dei caualieri, che non sappia;* latine: *Ego quantum tuis rebus profuerim senatus populusque rom. testis est;* [4] (f. 83r) *El senato et el populo de Fano saluta el conseglo de Cesena: Non haueria possuto in questo tempo peruenir alle nostre orecchie nouella;* latine: *Nihil ad nostras aures iocundius peruenire hoc tempore potuisset;* [5] (f. 84r) *Laertio da Epidauro saluta Socrate ateniese: So certo che la nouella, la quale te auisarò non te piacerà;* latine: *Etsi scio non iocundissimum nuntium me uobis allaturum;* [6] (f. 85) *Lorenzo Valla saluta lo elloquente homo frate Antonio da Lode* (!) (Rho). *Ho desiderato, longo tempo è, congiongere amicitia con teco;* latine: *Non quod familiaritatem et amicitiam tuam superioribus temporibus desideraverim;* [7] (f. 85r) *El governatore de Fano saluta lo egregio homo Bartolomeo, rectore de sancto Costanzo: El me rencresce hauere concesso nei di passati;* latine: *Superioribus temporibus Nicolao ac Francisco quatuor mensium concessisse terminum;* [8] (f. 86) *Bartholomeo da Ravenna saluta Tomasso rimenese: Cumciosiacosachè molte uolte me abbi confortato che bisognando a me;* latine: *Cum saepenumero me adortatus fueris;* [9] (f. 86r) *Alberto da Urbino saluta Lorenzo da Ferara: Non me maraueglo* (!) *che i benefitii che io te ho facto;* latine: *Grata tibi mea officia esse non miror;* [10] (f. 87) *Leonardo d'Arezo saluta Nicolo, fiorentino: Sè non fosse che poco è ch'è ariuato qui uno messo;* latine: *Nisi iamdudum a quodam tabellario huc profecto accepissem te aliquantulum a tua egrotatione subleuatum;* [11] (f. 87r) *Marcello da Seneghaelia sal. Cornelio da Osimo: Per la grande occupatione ch'anno i nostri signori priori;* latine: *Innumeris nostrorum priorum occupationibus;* [12] (f. 88) *Bartholomeo da Foligno sal. Chiriaco da Ancona: Non*

me è tanto rencresciuto che tuo padre homo de tanta grauità; latine: *Non tam mihi molestum est genitoris tui uiri clarissimi interitum;* [13] (f. 88ʳ) *El gonfalonero et i priori di Fano salutano lo illustrissimo sig. Federico: Hauendo io inteso nouamente la signoria uostra cum la uostra gente;* latine: *Cum dominationem tuam tuoque cum exercitu in hiberna Perusium iturum;* [14] (f. 89) *Dionisio re de Sicilia sal. Idomeneo, già re di Candia: Se io credesse che tu non sopportasti le toe auersità cum animo patiente;* latine: *Nisi exploratum haberem equo te animo tua incommoda tolerare;* [15] (f. 89ʳ) *Giuliano da Rimino sal. Marcello da Perosia: Quanto ho posuto comprendere per la tua lettera: Quantum ex tuis litteris intelligere potui;* [16] (f. 90) *Tideo da Napole sal. Marcello da Urbino: Nisiuna passione che possa cascare nel animo del homo;* latine: *Nulla passio quae possit in animum hominis cadere;* [17] (f. 91) *Teseo ateniese... sal. Piritoo suo amicissimo: L'è uero el prouerbio el quale è molto in bocca dei greci che l'amico bono;* latine: *Non falsum profecto id prouerbium est quod greci usurpare solent;* [18] (f. 91ʳ) *I senatori di Fano salutano el summo pontefice: Noi hauemo hauto continuamente grande coniunctione et quidem afinità cum i pesaresi;* latine: *Summa nobis familiaritas et quidem affinitas quedam cum finitimis;* [19] (f. 92) *Alberto fiorentino sal. Angelo senese: Receuute le toe lettere non te poria narrare;* [20] (f. 92ʳ) *Iacomo d'Ancona sal. Marcello da Fano: Io hodo che tu hai preso grandissima melenconia.* Des. *niuna fama catiua de te peruegne in questa terra. A di noue de giugno* (duabus posterioribus deest latina versio).

I. Carmina nonnulla: [1] (f. 1ᵃ) *Cialda loquitur* (hexameter): *Gratior esca foret dederis si dulce falernum;* [2] (ibid.) hexameter: *Dulce merum poscit;* [3] (ibid.) tetrastichon: *Tu que uentosis dapibus producere noctem - tedia summa leuat;* [4] (ibid.) *Turci carmina* (elegia): *Qui uici innumeros populos, tot regna, tot urbes - quicquid et orbis habet.*

II. *Franciscus Mataratius in F. Zambicarium* epigrammata 1-3; [1] (f. 1ᵃʳ) (tetrastichon): *Fama refert nostros te carpere, Becce, labores - musca elephanta premit;* [2] (ibidem) hexastichon: *Monstra suis uictor domuit Tirintius armis - inermis eris;* [3] (ibid.) Elegia: *Quid, Domiti, petulans carpis, Francisce, libellos - dat tamen funis iter.*

Titulus primus litteris rubris, prima initialis coloribus aureo et caeruleo illita. Ff. 1ʳ. 2. 63ʳ. 65ᵃ-65ᵇ. 66ʳ. 66ᵃ-66ᶜ. 80ᵃ-80ᶜ. 81ʳ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. B. Pitra, card. bibliothecarii.

1167 (olim 1284, cf. f. 1). An. 1493 (cf. f. 23), chart., mm. 211×131, ff. 1-24.

Leonardi ⟨Bruni⟩ *aretini de nobilitate ad illustrissimum Guidonem principem.* Inc. *Apud maiores nostros sepe de nobilitate dubitatum est. Multi quidem infelicitate generis, non nulli in affluentia diuitiarum.* Des. *in uestra*

nunc sententia relinquitur. Clauditur subscriptione: *Explicit liber de nobilitate, factus anno Domini MCCCCXXXXXXXXXIII, de mense nouembris.* (De ed. et vero auctore huius opusculi, posterius Bonaccursio de Montemagno seu pistoriensi tributi, cf. Fossi, qui in Catalogo codd. saec. XV impressorum, Florentiae 1793, I, col. 428 sq. de auctore disseruit et Leonardo probe adiudicandum esse censuit).

I (f. 23^{r}). *Carmina s. Lucae* (seu epigramma octo hexametris constans in s. Lucam): *O qui piis Christi monumenta tulisti - cultibus arma petamus.*

II. (ibid.). ⟨Versus 1-5 decalogi praecepta complectentes⟩: *Haec tibi iussa decem - resque caucto suas.*

III (f. 24). ⟨Epistola exhortatoria ad celebranda *bacchanalia*⟩: *Decreui tandem usurpatam uerborum magnificentiam, et ut ita dixerim, assentandi siue adulandi genus - ne nostris et honori et laudi quicquam derogasse uideamur. Valete.*

Titulus et initiales rubra. F. 24^{v} vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1168. Saec. XV, membran., mm. 188×122, ff. I. 67.

1 (f. 1). **Leonardi ⟨Bruni⟩**, aretini, commentarius rerum graecarum (in ms. *de rerum graecarum mutatione)* ad Angelum Acçaiolum. Inc. *Animadverti non unquam, o Angele, te admirari solere meam, ut ita dixerim, cunctationem.* Des. *mirabili fortune conuersione deuenit.* (De edd. cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, 2, col. 566 sq.). 2 (f. 42). De militia ad Rainaldum Albizum. Inc. *Fateor, clarissime vir, et mihi ipsi iam sepe in dubium uenisse hanc nostri temporis malitiam.* Des. *quae cum ita sint finem dicendi aliquando faciamus.* (Teste Bandini, l. cit., col. 545, primus in lucem protulit Meliorottus Maccionius, Livorno 1767).

Tituli rubri, initiales maximae auro coloribusque illitae. Folia I^{r}. 65-67 vacua. In f. I^{v} tituli opp. manu suppari.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1169 (olim 57 cf. tegumentum) saec. XV-XVI, chart., mm. 200×138, ff. 1-87.

Poggi ⟨Bracciolini⟩, florentini, orationes funebres. 1 (f. 1). In funere Francisci de Zabarellis, patavini, card. florentini. Inc. *Etsi plurimo luctu doloreque impedior.* Des. *animo defixum perpetuo conseruetis.* (Poggi opp., Basileae, 1538, p. 252-261). 2 (f. 15^{v}). In funere Nicolai Nicoli. Inc. *Si, ciues praestantissimi, latinae musae hoc in loco per se loqui potuissent.* Des. *et celebratione mortui conseruabo.* (Ed. cit., p. 270-277). 3 (f. 29^{v}). In funere Laurentii de Medicis (in ms. *ad Carolum Aretinum Laurentii*

Medicis laudatio). Inc. *Si serius, mi doctissime Carole, ornatissimi atque amicissimi.* Des. *uitamque beatam proficisci uideretur.* (Ed. cit., p. 278-286). 4 (f. 41ᵛ). In funere card. s. Crucis. Inc. *In maximo dolore, praestantissimi patres, et acerrimo luctu.* Des. *et actionibus consequamur.* (Ed. cit., p. 261-269). 5 (f. 56ᵛ). In laudes Leonardi aretini. Inc. *Hodiernus, florentini, dies atque hic publicus moeror.* Des. *omnes debemus appetere consequantur.* (Balutius-Mansi, Miscellanea, Lucae, 1764, IV, p. 8-11). 6 (f. 70ᵛ). In laudem card. s. Angeli (Iuliani Cesarini). Inc. *Si quis unquam in funere cuiusque praeclari uiri.* Des. *et immortalem laudem patefecit.*

Tituli atque initiales rubris litteris. Ff. 85ᵛ-87 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1170. Saec. XV, membran.. mm. 232×152, ff. 1-149.

Giovanni Bocchacci *il libro della Fiammetta.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, III, p. 1354).

Titulus prior litteris aureis caeruleisque in alternis lineis. reliqui rubri; initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, sed initialis maxima aurea, in qua caput Ioannis Boccacci corona laurea circumdatum. In f. 1ᵛ circulus aureus floribus, globulis aureis et vase flamante ornatus; in medio titulus operis litteris aureis et caeruleis in alternis lineis. Folii 2 quatuor margines venuste decorati sunt floribus, globulis et candelabris aureis, puellulis et quatuor capitibus adolescentis ac trium puellarum fortasse Pamphilus, Fiammetta et puella ad quas liber est directus. In margine inferiore in circulo tessera gentilicia familiae Sforza.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocentii XII et Laurentii Brancati de Laurea, card. biblithecarii.

1171. Saec. XIV, membran., mm. 201×140, ff. I-141 (+ f. 126ᵃ).

Francisci Petrarcae 1 (f. 2ʳ) de vita solitaria, libri I-II; praeit (f. 1) praefatio. (Op., Basileae 1544, p. 256-331). 2 (f. 113ʳ). De sui ipsius et multorum ignorantia. (Ed. Capelli, *Le traité de sui ipsius et multorum ignorantia,* Paris 1906, p. 17-25); praeit epist. dedicatoria ad Donatum Appenninigenam grammaticum (l. cit., p. 15-16).

F. 140ᵛ eadem manu, sententiae plurimae: *Vulgus rarissime uerum cernit - Qui totum tuto ult* (!) *laudare, totum opportet ut uideat.*

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 561 signatur, duobus codicibus constat in unum compactis. Secundus (f. 113-140) scriptus est an. 1373, uti eruitur e subscriptione in f. 140: *Explicit feliciter 1373, indictione 12, VI kal. novemb. in urbe Venetie, in vico sancti Pauli, Francisci Petrarce.* Prima pars codicis eiusdem fere aetatis. Ambo fuerunt: *Magnifici domini comitis Antonij comitis Montisferetri* (cf. f. 111 et 140). Tituli ac subscriptiones rubris litteris; initiales in primo codice minio tinctae, in secundo caeruleae lineis ornatae sunt. In prima initiali (f. 1) caput Francisci Petrarcae. Ff. 1ʳ. 111ᵛ. 112. 141 vacua. Hos codices accurate descripsit Vattasso, *I codici petrarcheschi della biblioteca vaticana,* in *Studi e Testi,* vol. 20, p. 97 sq.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1172. Saec. XV, membran., mm. 217×130, ff. 1-104.

Libanii epistolae 1-92 Francisco Zambichario interprete, quae sic se excipiunt iuxta Wolfii ed. (Libanii sophistae epist., Amstelaedami, 1738, p. 735 sqq.) Epist. 1-4 = libri I, 1-4 apud Volfium; n. 5 = lib. I, 90; n. 6 = lib. I, 11; n. 7-12 = lib. I, 5-10; n. 13-23 = lib. I, 12-22; n. 24 = lib. I, 24; n. 25 = lib. I, 23; n. 26-34 = lib. I, 25-33; n. 35 = lib. I, 4; n. 36-69 = lib. I, 34-67; n. 70; = lib. I, 19; n. 71-92 = lib. I, 68-89; epist. 4 et 19 iterantur; praeit (f. 1-12) interpretis epist. dedicationis ad divum Federicum, alterum Martem, principem Montisferetri, Durantis atque Urbini comitem. (In ed. Wolfii p. 732-734; accuratius tamen et critice iterum ed. Förster, *Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanios,* Stuttgart, 1878, p. 320-324).

Codex, quem in indice vetere urbinate n. 468 signavi, titulos, praeter primum litt. aureis distinctum, praefert rubros, initiales aureas. Folii I quatuor margines ornati sunt aureis lineis, coloribus, fructibus, puerulis; in parte superiore siglum IHS, in parte inferiore tessera gentilicia una aquila praedita cum initialibus F<ridericus> C<omes>. In prima initiali C litt. aureis: FEDERICVS PRINCEPS. In f. 13 in initiali Q Libanii sophistae imago ante tabulam scriptoriam librum legentis. Diligenter expendit hunc codicem Förster, (l. cit., p. 60-61 et alibi).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1173 (olim 49 et 68, cf. tegumentum). An. 1458 circiter (cf. f. 116ᵛ), chart., mm. 208×146, ff. 1-150 (+ ff. 128ᵃ ᵇ).

Leonardi Bruni aretini opera et versiones; **Coluccii Salutati** declamationes; **Plutarchi** de liberis educandis Guarino veronensi interprete; **Pomponi Melae** chorographia; **Maffei Vegii** carmina; oratoris veneti exhortatio; **Antonii Ilicinii** expugnatio constantinopolitana; inscriptiones quaedam.

1 (f. 2). **S. Basilii** de studiis litterarum Leonardo <Bruni> aretino, interprete. Inc. *Multa sunt, filii, quae hortantur me.* Des. *recta consilia non aspernantes;* praeit (f. 1) interpretis praefatio ad Colutium Salutatum: *Ego tibi hunc librum - quanta gravitas sit.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, p. IV, p. 2208).

2 (f. 15ᵛ). **Coluccii Salutati** declamationes 1-2 super facto Lucretiae (ne post vim a Sexto Tarquinio sibi illatam interimere se velit). I. Spurius Lucretius pater et Collatinus coniux Lucretiam alloquuntur. Inc. *Noli te afflictare, Lucretia, satis maximum argumentum dedisti.* Des. *qui se nocentem supplicio effecit;* II (f. 17) Lucretia respondet: *Nolite me, pater senectissime, tuque, luce quondam mihi carior, coniunx - impudicis licitam fore uitam;* praeit (f. 15) argumentum: *Lucretia Spurii Lucretii filia - uetat pater et coniux.*

3. **Leonardi (Bruni)**, aretini, [1] (f. 20ᵛ) *orationes* *Homeri* (e graeco in latinum translatae). Textus Homeri inc. *Cum apud Achillem cenassent legati*... sequitur oratio « Vlixis » *Mense quidem epularumque nobis abunde fuit;* ultima Aiacis des. *Non tamen par gratia atque honor tibi erit;* praeeunt [a] (f. 19) interpretis prohoemium: *Admirari non nunquam soleo - sententiisque perierit;* [b] (f. 20) argumentum: *Achille irato ac pugnare nolente - puellam sibi per Agamenonem ademptam.* [2] (f. 29) *Aeschinis, Demadis, Demosthenis* (exhortationes) 1-3 eodem interprete. Inc. *Aschines: Reminiscor, Athenienses Alexandrum in hac nostra urbe - ne similes simus Thebanis* (cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, 2, col. 525). [3] (f. 30ᵛ). Demosthenis oratio ad Alexandrum regem, eodem interprete. Inc. *Nihil habet, rex Alexander, uel fortuna tua maius quam ut possis.* Des. *cum hec feceris consecuturus es.* (Cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* p. 2, IV, p. 2216).

4 (f. 34). **Plutarchi** de liberis educandis, Guarino veronensi interprete. Inc. *Quid est quod de ingenuorum educatione liberorum.* Des. *at humano effici posse constat ingenio;* praeit interpretis praefatio (ad Angelum Cornelium, civem florentinum): *Maiores nostros, Angele mi suauissime, non admirari - Plutarcum ipsum audiamus.* (Coloniae ed. 1472).

5 (f. 56). **Pomponii Melae** de chorographia (in ms. *de Cosmografia),* libri I-III; clauditur (f. 116ᵛ) subscriptione librarii: ... *Explicit finito die XXIIII may MCCCCLVIII, Deo gratias, amen.*

6 (f. 117). **Leonardi ⟨Bruni⟩**, aretini, translatio e materno (idiomate) in latinum (in ms. novum) fabulae (Boccaccii) de crudeli amoris exitu Guiscardi (in ms. *Tancredi)* et Sigismundae. Inc. *Tancredus fuit princeps salernitanus, uir mitis quidem.* Des. *sepeliri ambos fecit;* praeit (f. 116ᵛ) epist. dedicationis ad Bindacium Ricasulanum: *Cum sepius mecum egisses - in manus estant* (!) *aliorum.* (De edd. cf. Hain, Repert. bibliograph. 1, n. 1581-1590 et Copinger, II, 1, n. 592-595).

7. **Maffei Vegii** (in ms. *Mathei Vegesii),* laudensis, [1] (f. 125ᵛ) versus ad laudem sanctae Monicae (et s. Augustini): *Salue lux matrum, mater sanctissima salue - laude canenda parens.* (Carmina poetarum ital., 10, p. 323-324, Florentiae 1724); [2] (f. 127) ad Ludovicum (epigr.): *Non scripsi fateor, Lodouice, hucusque sed isto - uerbula grata tuo.*

8 (f. 128). Carmina 1-2 in basilica s. Mustiolae m., prope Clusium. I. *Nobilis uasta nitens rediuiua an fabrica templi - alma misélli.* (Liverani, *Le catacombe e antichità cristiane di Chiusi,* Siena 1872, p. 201); II. In sepulcro sanctae Mustiolae: *Sparge rosas, lector, et lilia candida pone* - (turbato versuum ordine) des. *si bonus quis esse cupis* (l. cit., p. 203).

9 (ibid.). Inscriptiones clusinae I-V, conveniunt cum inscriptionibus editis in C. I. Lat., XI, p. I, nn. 2451. 2367. 2108. 2329. 2098.

10 (f. 129). ⟨Oratoris veneti Constantinopolim relatio ad ducem ac senatum venetum post captam urbem, exhortatoria ad ducem ac regem christianissimum (Carolum VII) ut capiant arma contra turcum⟩. Inc. *Pro munere publice ad me delato, serenissime princeps et invictissime rex, ab illmo senatu ueneto, qua potui fide, cura ac diligentia ea in tuae sublimitatis conspectu recitare.* Des. *ac gloriam florentissimam retulerunt ac immortalem.* (Cf. cod. 815, f. 281).

11 (f. 142). **Antonii Ilicinii** *expugnatio constantinopolitana.* Inc. *Constantinopolis expugnationem scripturus, pauca prius de loci natura.* Des. *praeter impuberes ac foeminas uitam parcunt;* praeit (f. 141) auctoris dedicatio ad illmum d. Federicum, Urbini etc. comitem: *Rumore ac fama - cui me meaque omnia dedo uoueoque.* (Cf. cod. 815, f. 275v).

Tituli, initiales ac lemmata rubra. Ff. 55v. 127v. 128a. 128b. 150v vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1174 (olim 1031, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 265×170, ff. II. 297.

Auli Gellii noctes atticae, libri I-XX. Singulis libris praeeunt capita; initio deest praefatio, quae addita est in fine, uti in codd. deterioribus. (Cf. C. Hosii editionem, Lipsiae 1903, p. 306, nota 18).

Codex, qui convenire poterit numeris indicis veteris sive 569, 570, sive n. 60, p. CL, scriptus est a *Federico Veterano,* cuius manum agnoscere mihi videor ex aliis codicibus ab eodem librario scriptis (cf. indices codd. urbinatium). Tituli rubri, initiales tam maiores, quam minores aureae lineis coloribusque pictae. Verba graeca, ubique transacta sunt, spatiis relictis ad ea scribenda. Folii 3 quatuor margines ramis intextis, floribus, avibus bestiisque ornati sunt manu eiusdem Veterani. In parte inferiore duo puelli sustinent coronam lauream, in qua pingenda erat tessera gentilicia urbinas. In prima initiali imago *Auli Gelli ante tabulam sedentis.* Ff. I. II. 296. 297 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocentii XII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1175. Saec. XV, membran., mm. 290×176, ff. 1-261.

Nicolai Perotti (in ms. *Perrotti)* rudimenta grammatices. Inc. *Da litteras A. B.... Da salutationem beate uirginis* (ante orationem dominicam). Des. *superis iuuantibus in summum uirum euasurum.* (Contuli cum ed. Florentiae apud Iuntas, 1560, p. 1-293).

Codex, qui convenit n. 599 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas caeruleas ac rubras non constanter alternas, primam initialem auream intextis ramis et coloribus ornatam. In f. 1v circulus aureus corona laurea, rosis et globulis aureis decoratus, in quo litteris rubris titulus operis. Folii 2 tres margines ornati sunt intextis ramis et coloribus et in parte inferiore in corona laurea tessera gentilicia quatuor aquilis ac stemmate pontificio praedita cum litt. initialibus: F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩. Ff. 1r. 257v-261 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1176 (olim 1047, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 278×180, ff. 1-107.

Seris seu **Serym** *opus solertissimum de sompniorum interpretatione et declaratione elegantissime compositum, ubi exponuntur omnes opiniones indorum, egiptiorum et persarum.* Cap. I, *De nuptiis et prandiis,* inc. *Si quis intuitus fuerit se parasse prandium causa nuptiarum, amicis auxiliariis utetur ministris potestatis suae.* Cap. CLXVII: *De asturchone et falcone secundum persas et aegiptios,* des. *Similiter si quis uideat quod asturco eius laqueos pedum admittens auolauerit.* Sequitur (f. 105) *capitulum universale uel documentum quibus temporibus, quibus horis sompnia uera sunt: Omnia sicut ante diximus - et uisum fantasma nuncupatur. Et sic Dei laude finis est presentis clarissimi operis...* Praeeunt (f. 1-6v) capita 1-167.

F. 107. Fragmenta de historia graeca ac de diis aegyptiis, in prima pagina fere evanida:... *Rem tibi quam noscis - Mercurium quoque maxime omnium...*

Codex, qui convenit n. 296 veteris indicis urbinatis, titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam minores aureas coloribus ornatas. In f. 10v corona laurea inter binos circulos aureos, lineis, ramis arborum floribusque ornata titulum codicis exhibet litteris alternis lineis aureis et caeruleis. Folii 11 quatuor margines ornati sunt funiculis albis violaceisque in campo nigro ad artem intextis; in parte inferiore in corona laurea tessera gentilicia, corona, duabus aquilis et stemmate pontificio praedita cum litt. FE⟨Dericus⟩ DUX. Ff. 7-10r vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1177 (olim 547, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 275×182, ff. I. 199.

Laurentii Vallae (in ms. *Vallensis*) [1] (f. 1) adversus P o g g i u m florentinum antidoti, libri I-IV. Libri I inc. *Non eram nescius iam inde ab initio cum de linguae latinae elegantia* - Lib. IV des. *Sancte Podi et sancta Flora orate pro nobis.* (Opp. Basileae 1540, p. 253-366). [2] (f. 166) A p o l o g u s ⟨et actus scenicus in P o g i u m⟩, dialogi I-II. Primus inc. *Audio Pogium alteram in me composuisse inuectiuam.* Secundus des. *Sed cur eum iam loqui paratum impedimus.* (Ed. cit., p. 366-389).

Codex, qui in indice vetere urbin. n. 595 signatur, titulos ac lemmata praefert rubra, initiales maximas aureas ramis arborum et coloribus decoratas. Folii 1 duo margines intextis ramis et coloribus ornati sunt, in parte inferiore duo puelli sedentes sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia (leo scalam ascendens). In margine superiore *Yhs. Maria.* Ff. I. 199 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Alexandri VIII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1178 (olim 1347 (?), cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 318×190, ff. I, 210.

Ioannis Calderiae seu **Caldiera** de concordantia poetarum, philosophorum et theologorum. Libri I-II; lib. I inc. *Multi huius etatis preclari homines, et*

maxime qui Deum summa religione uenerantur. Lib. II des. *et a Nicolao pontifice maximo ipsum ac puellas summopere curandas iussit. Ad laudem sanctae Trinitatis.* Sequuntur (f. 207^{v}) summa et capitula: *Summa haec continet duos libros. In primo gentilium omnium poemata... capitulum prohemiale in quo demonstratur Deum a poetis, philosophis et christianis fuisse precognitum - tractatus tertius de tropheo beatae Virginis Mariae.* (Omnia praeter parvam summam uti in ed. Venetiis apud Corvinum de Tridino 1547).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 259 signatur, titulos praefert rubros, initiales omnes aureas tum coloribus ac floribus, tum ramis arborum egregie ornatas. In f. 1^{v} duo circuli aurei ambiunt coronam lauream ramis arborum ac floribus circumornatam, in qua titulus codicis litteris aureis et caeruleis. Folii 2 quatuor margines eleganter intextis arborum ramis, auro floribusque decorati; in parte inferiore tessera gentilicia urbinas, quatuor aquilis, corona et stemmate pontificio praedita. Ff. I. 1^{r} vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii X et Mariani Rampolla del Tindaro, card. bibliothecarii.

1179. Saec. XV, membran., mm. 286×204, ff. I. 95.

Demosthenis et **Aeschinis** orationes nonnullae, L e o n a r d i B r u n i, aretino, interprete. Omnes omnino uti in cod. 1165, una cum epistola A e s c h i n i s senatui populoque atheniensium, quae ibidem in f. 155.

Tituli rubri, initiales tum rubrae, tum caeruleae; prima initialis aurea ramis coloribusque distincta. Nescio utrum hic an cod. 1165 conveniat cum numero 466 indicis veteris urbinatis.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Gregorii XVI.

1180. Saec. XV, membran., mm. 256×166, ff. 1-118.

G r a m m a t i c i veteres.

1 (f. 4). **Consulti Chirii Fortunatiani** artis rhetoricae libri I-III. (Halm, Rhetores latini minores, Lipsiae 1863, p. 81-134).

2 (f. 37^{v}). ⟨**Aurelii Augustini** de rhetorica liber, l. cit., p. 137-151; sed in codice additur uti continuatio operis Fortunatiani⟩.

3 (f. 47^{v}). ⟨**Martiani Capellae** de rhetorica § 31-38; l. cit., p. 472, lin. 18-479, lin. 3⟩.

4 (f. 52). ⟨**Pseudo Augustini** de dialectica, M. Patr. lat., 32, col. 1409-1420, sed in ms. datur uti quartus liber artis rhetoricae Fortunatiani⟩.

5. **Prisciani** [1] (f. 64) institutio de nomine, pronomine et verbo. (Grammatici latini, Lipsiae 1859, 3, p. 443-456). [2] (f. 76). De a c c e n t i b u s (l. cit., p. 519-528). [3] (f. 84). De f i g u r i s n u m e r o r u m (in ms. *de numeris et ponderibus;* l. cit., p. 405-417). [4] (f. 92). P r a e e x e r c i t a m i n a (in ms. *praeexercitamentis rhetoricis,* l. cit., p. 430-440).

6 (f. 100^{r}). **Marii Servii Honorati** grammatici de centum metris. (Ed. cit., 4, p. 456-467).

7. **Apulei Minoris** [1] (f. 104) de nota aspirationis. Inc. *Omnis aspirationis nota aut principalis est syllabarum, aut terminalis, aut media.* Des. *principali uidelicet, terminali ac media, hic terminus habeatur.* [2] (f. 112v). *De* diphtongis. Inc. *Diphtongi, quibus ueteres utebantur latini, quatuor erant.* Des. *ante duplicem autem posse ut fex, faux, plenus etc. etc.* Clauditur subscriptione: *Apuleii fragmentum de diphthongis, quod in uetustissimo codice repertum est finit foeliciter per Nicolaum Peroctum, quum Ferrarie apud magnificum et generosissimum uirum D. Gulielmum CR esset duodeuicesimumque aetatis suae annum ageret.* (Ambo haec opuscula ed. Osann, Darmstadt 1826, p. 87-146; cf. Schanz, *Geschichte d. röm. Litteratur,* III, 2 *Auflage,* München 1905, p. 183).

I. F. 1. **Guarini Veronensis** *versus de distinctione orationis: Corpus ut in membra, rursum membra ipsa licebit - clara Ligaria dixit.*

II. F. 2. ⟨Nomina et patriae septem sapientum, hexametri 1-9 a Guarino Veronensi inventi⟩: *Nomina septenum sapientum Graecia cantat - cum laude Cleobule tollis;* praeit epistolion τῷ Νικολάῳ: *Tulit fortuna ut nuper - illorum patrias nosce poteris.*

III. F. 2v. **Guarini Veronensis** ⟨hexametri 1-13 de unciis et particulis⟩. *Calcus, si quaeris, duo lentis grana tenebit - bina uncia sextans;* praeit auctoris monitum: *Cum saepe inter legendum unciarum et particularum mentio legentibus occurrat - si carmine digestum fuerit.* (De his versibus Guarini Veronensis cf. Rosmini, *Vita e disciplina di Guarino Veronese,* Brescia 1805, 2, p. 150, nn. IX. XI. XIV).

Codex, qui convenit n. 461 veteris indicis urbin., titulos et lemmata praefert rubra, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, praeter primam quae est aurea ramis arborum et coloribus decorata. Uti ex subscriptionibus patet, quae in foliis 91v et 118, a Nicolao Perocto Fanensi scriptus est. Qui si idem ac notus episcopus Sipontinus tunc codex excriptus esse videtur anno 1448. Ff. I. 3v. 118v vacua. In margine inferiore folii 4 binae tesserae gentiliciae, in altera leo scalam ascendens, in altera columba in summa arbore cubat.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1181 (olim 1059, cf. f. 3). An 1466 (cf f. 109v), membran., mm. 264×162, ff. 1-111.

Francisci Philelphi [1] (f. 3) ad Iacobum Antonium Marcellum, patricium venetum, de obitu Valerii filii consolatio. (De edd. incunabulis cf. Rosmini, *Vita di Francesco Filelfo,* Milano 1808, 2, p. 125). [2] (f. 105). Oratio funebris pro magnifico ducali senatore, Philippo Borromheo, comite Haronae. (De edd. cf. l. cit., p. 153).

Codicem, uti eruitur ex subscriptione in f. 109v: *Exscripsit Paganus rhaudensis ex ipsius Philelphi originali exemplari emendatissimo anno a supradicto natali millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. Papiae sexto idus novembres. Vale qui legisti.* Tituli

et lemmata rubra; initiales aureae coloribus floribusque ornatae sunt. Folii 1 quatuor margines egregie decorati sunt floribus, duobus bellatoribus, pueris aligeris tibias inflantibus, centauro cervam sagittante ac tessera gentilicia episcopi, in qua n. 1 et 3 castrum tribus turribus praeditum in rubro; in 2 et 4 novem cunei in campo aureo. In prima initiali C dimidia imago regis cum inscr. *Alfonsus rex Aragonum.* In initiali P (f. 105) defunctus (Franciscus Borromeus) super lecto funebri. Ff. 1. 2. 104ᵛ. 110. 111 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Alexandri VIII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1182 (olim 1060, cf. f. 1). Saec. XV ex., chart., mm. 230×161, ff. III. 157.

Francisci Philelphi ad Iacobum Antonium Marcellum, patricium venetum, de obitu Valerii filii consolatio. (Cf. cod. superiorem n. 1). Clauditur subscriptione in f. 155ᵛ: *Ex Mediolano a natali christiano millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, VIII Kal. ianuarias,* uti in cod. vatic. latino 1790, ubi subscriptio ipsa manu Philelphi; cf. Nogara, *Bibliothecae apost. Vatic. Codices vatic. latini,* III, Romae 1912, p. 267).

Codex, qui convenit n. 478 veteris indicis urbin., titulum et lemmata praefert rubra, initialem maximam auream intextis ramis coloribusque ornatam. Ff. 1-111. 154-157 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocentii XII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1183 (olim 1244, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 201×135, ff. 1-89.

Marii Philelfi *epithalamion pro illustribus clarissimisque principibus Roberto Malatesta, Arimini domino, Elisabethaque Feretrana, illustris ducis Urbini Friderici filia, ab auctore Arimini habitum.* Inc. *Facturo mihi maximis amplissimisque de rebus in hoc tam celebri optimorum pontificum clarissimorumque principum consessu uerba.* Des. *et tuam, Roberte, et tuam, Elisabetha, sciscitari sententiam statuamus latine uulgi more.* (Specimen edidit Yriarte, *Vn condottiere au XVᵉ siècle,* Paris, 1882); summarium autem Zannoni, *L'impresa di Rimini* (1469) *narrata da Pietro Acciajuoli* in *Atti della r. Accad. d. Lincei, Rendiconti,* ser. V, V, (1896), p. 202 sqq., n. 1).

Codex, qui convenit n. 617 veteris indicis urbin., titulum et lemmata praefert rubra; initialem maximam auream arborum ramis coloribusque decoratam. Ff. 85-89 vacua. Recensuerunt codicem Agostinelli et Benadduci, *Biografia e bibliografia di Giov. Mario Filelfo,* Tolentino 1899, p. 61).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Alexandri VIII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1184 (olim 1313, cf. tegumenti dorsum). An. 1408 (cf. subscriptionem in f. 101ᵛ), membran., mm. 207×142, ff. I. 104.

Colucij Pyeri Salutati *de fato et fortuna liber ad Felicem abbatem monasterii sancti Saluatoris de septimo, ordinis cisterciensis,* tractatus I-V. Primus (f. 2ᵛ) inc. *Instituenti mihi tractatum et sermonem de fato, casu atque*

fortuna. Ultimus des. *non mihi uidebor laborem et operam perdidisse. Deo gratias;* praeit (f. 1) prooemium: *Quotidianum esse uidemus et communiter ab omnibus usurpatum - ne cum nimis ignorantia creuerit cecus fiam* (cf. Bandini, Bibliotheca laur., 2, col. 614).

Tituli atque initiales rubra. Codicem exscripsit Nicolaus Specia de Ferraria, an. 1408. uti habetur in subscriptione eiusdem librarii manu: *Edidit istud opus Florenti natus in urbe / Colucius sacra redimitus tempora lauro / Ast de Ferraria Nicholaus Specia scripsit / Bisdenis numero modicum remorando diebus / Assumens propriis manibus quod scripsit ab illo. / Mille annis centumque quater currentibus octo / Luceque ad occasum sextilis postera eunte. Telos.* Infra alia subscriptio atramento fere evanido et abraso, quam enodare difficile fuit. Ff. I. 102-104 vacua.

Contectus simplici membrana saec. XVI-XVII.

1185 (olim 213, cf. tegumenti paginam aversam). Saec. XV, membran., mm. 235×155, ff. I, 100.

1 (f. 3). **Antoni (Beccatelli)** panormitae in Alfonsi regis dicta aut facta memoratu digna, libri I-IV cum prologis. Liber 1 inc. *Fortiter. Orabant et quidem suppliciter Ioannae neapolitanae reginae oratores.* Liber IV des. *in postremam partem feriendo diffringebat;* praeit (f. 1) prooemium: *Xenophon, is quem graeci non ab re musam atticam uocant - Martemque accendere cantu.* (Parallela Alfonsina... Hanoviae, typis Wechelianis, 1611, p. 8-94).

2 (f. 88ᵛ). **Alfonsi** regis oratio in expeditionem contra theucros. Inc. *Scio plerosque uestrum demirari.* Des. *confestim suscipere.* (In ed. cit., p. 95-96).

3 (f. 91). **⟨Antoni Beccatelli⟩** Alfonsi regis triumphus. Inc. *Posteaquam rex cum principibus regni decreuerunt.* Des. *et iam aduesperascente perductus est.* (In ed. cit., p. 96-102).

Codicem, qui in vetere indice urbin. n. 423 signatur, exscripsit *P. Ursuleus*, cuius nomen litteris maiusculis subscriptum est eadem manu et atramento in fine operis. Tituli et initiales minores rubrae; initiales maximae aureae floribus coloribusque decoratae sunt In folii 1 initiali littera X dimidia imago viri iuvenili facie, in capite ferens birretum laurea corona circumornatum; in summo ornamento pavo ore ferens ramum pomis aureis onustum; in margine inferiore tessera gentilicia ducis urbinatis quatuor aquilis praedita posterius addita est. In f. Iᵛ refertur *Ioviani Pontani* testimonium de Alfonso rege in opere suo quod de liberalitate inscribitur.

Contextus fortasse saec. XVI corio subflavo cum fibulis partim discerptis.

1186. Saec. XV, membran., mm. 231×156, ff. I. 73.

Stephani Flisci (seu Fieschi) *de Soncino* (in ms. *Sontino) de compositione stili adornandi et commode orationis atque locupletande* (in ms. *coluplectande!) elocutionis, ad sapientissimum virum dominum Franciscum Patrimum de Crema, inclytum militem comitemque palatinum et perspicacissimum medicine doctorem, affinem suum liber.* Tractatus I-II. Primus (f. 2) inc. *Compositio adornandi stili est commodissima pars elocutionis cuius ratione et admonitione.*

II des. *Atque ad alia non minus commoda me totum iam conuertam;* praeit (f. 1) prooemium: *Cum post multas diuturnasque studiorum pertractationes accuratius essem mecum perscrutatus - cum primum libellum ipsum diligenter legendo pertractaueris.* (De auctore cf. Arisio, Cremona literata, Romae 1702, 1, p. 278).

I (f. 71). Frustulum pergamenae, in qua praeceptio de pillulis quibusdam conficiendis.

Codex, qui convenit n. 601 veteris indicis urbin., titulos praefert alternis litteris rubros ac nigros, initialem maximam auream ramis intextis coloribusque ornatam. In f. I[v] alia manu litteris rubris epigramma octastichon: *Callidus e fracta nummos fur auferet archa, / Prosternet patrios impia flamma Lares, / Debitor usuram pariter sortemque negabit, / Non reddet sterilis semina lata seges. / Dispensatorem fallax spoliabit amica, / Mercibus extructas obruet unda rates, / Extra fortunam est quidquid donatur amicis, / Quas dederis solas semper habebis opes.* In f. 71 praeceptio medica: Ff. I[r]. 71[v]-73 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1187 (olim 766, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 214×147, ff. 1-116.

Antoni (Beccatelli) panhormitae in Alfonsi regis dicta aut facta memoratu digna; sequuntur (f. 101[v]) Alfonsi regis oratio in expeditione in theucros; [2] (f. 104[v]) ⟨Antonii Beccatelli⟩ regis triumphus. (Omnino uti in cod. 1185).

Tituli atque initiales rubra; primus titulus litteris rubris caeruleisque alternis; prima initialis aurea, quae uti tres margines folii quarti ornata est floribus, fructibus globulisque aureis. Ff. 1-3. 115.

Corio castaneo contectus ac munitus fibulis saec. XV-XVI.

1188 (olim 281, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 213×138, ff. II. 80.

Altividii *platonici de immortalitate animorum* libri I-V. Primus inc. *Quadam die cum fraterno funere propinquo affluentior fletus.* Lib. V des. *Ego quoque absolutus sum debito, requiescam.* (De vero nomine auctoris, cf. Bandini, Biblioth. laurent., III, col. 254).

Codex, qui convenit n. 247 veteris indicis urbin., titulum praefert alternis lineis aureum et caeruleum; initiales maiores caeruleas, initialem primam auream floribus decoratam. In f. II[v] circulos binos aureos circumstant flores et globuli aurei; in medio circulo titulus operis. Folii 1 tres margines auro, floribus et avi decorati sunt; in parte inferiore duo puelli aligeri sustinent tesseram gentiliciam Friderici, Urbini ducis, quatuor aquilis et pontificio stemmate praeditam. Ff. I. II[v]. 80 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Alexandri VII, pont. max.

1189 deest iam a saec. XVIIII ineunte

1190 (olim 219, cf. f. I[v]). Saec. XV, membran., mm. 216×136, ff. II. 60.

Fabricii Elphithei *ad illustrem atque inclytum principem Fredericum, Urbini comitem, de comparanda gloria opusculum.* F. 9: *Hypotheseos initium*

de gloria comparanda inc. *Triplicem esse hominis uitam tradiderunt philosophi, actiuam, contemplatiuam et quam uoluptariam appellant.* Des. *occulta esse nolumus;* praeit (f. 1) prohoemium: *Cum saepenumero mortalium studia humanasque actiones - ut haec ipsa legas quae ab me scripta ad te sunt et rogo et oro.*

Codex, qui convenit n. 614 veteris indicis urbin., titulum secundum (f. 9) et lemmata praefert rubra, titulum primum (f. 1) ac duas initiales maximas aureas ramis arborum, floribus coloribusque decorata. Folii 1 quatuor margines ornati sunt pariter auro, ramis intextis, coloribus et noctua; in parte inferiore duo puelli aligeri sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia fridericiana quatuor aquilis praedita. Ff. I. 58v-60 vacua.

Membrana subrubea contectus saec. XVIII-XVIIII.

1191. An. 1487 (cf. f. 49v), membran., mm. 225×168, ff. 1-53.

Fabritii Elphithei *ad illustrem atque inclytum principem Fridericum, Urbini ducem, de comparanda gloria opusculum.* (Omnino ut in codice superiore).

Codex, exscriptus est *anno Christi MCCCCLXXXVII, die XXVI nouembris per Thomam Curtium Matris Dei capellani Mediolani in ecclesia metropolitana,* uti habetur in subscriptione f. 49v. Titulus, lemmata et subscriptio litteris rubris. Initialis maxima aurea intextis ramis coloribusque ornata est. In margine inferiore folii 1 tessera gentilicia in campo aureo (castrum binis turribus munitum superimposita aquila nigra seu pelicano expansis aliis et capite coronato). Ff. 50. 51 vacua.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1192 (olim 27, cf. f. II). Saec. XV in., membran., mm. 240×176, ff. II. 47.

Ioannis Tinti *de Vicinis* (!) *de Fabriano de institutione regiminis dignitatum ad magnificum et generosum adolescentem Baptistam Chiauellum de Chiauellis, de Fabriano, dominum suum.* Dialogus inter Baptistam et Tintum inc. (f. 5) *Ba: Aduenisti Tinte in tempore. Ti: Quidnam est? Ba: Nequibam te diutius expectare.* Des. *tanquam in eorum exemplar et speculum prospecturi. Explicit liber... Iohannis Tinti de uicinis de Fabriano;* praeeunt [1] (f. 1) auctoris epist. Al⟨fonso Carillo⟩... sancti Eustachii diacono card.: *Quod iocundum gratumne sit tibi.* (Codicem et epist. ed. Novati, *Un umanista Fabrianese* in *Archivio st. per le Marche e per l'Umbria,* (1885) II, p. 154-156; cf. p. 119 sqq.); [2] f(. 3) eiusdem epist. ad Baptistam Chiavellum de Chiavellis (l. cit., p. 156-157); [3] (f. 3v) Bapt. Chiavelli responsiva (l. cit., p. 157); [4] (f. 4) prologus: *Iussisti magnifice et generose adolescens - decere uel dedecere cognouimus;* [5] (f. 5) capitula I-XV (l. cit., p. 127, n. 1).

Codex, qui in indice vetere urbin. n. 256 signatur, titulos et initiales praefert rubra. Codicis mentionem facit Novati, l. cit., p. 119. Ff. I. II. 45-47 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1193 (olim 1218, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 238×168, ff. I, 233 (+ ff. 112^{a-d}).

Ioannis Ant. Campani et **Pandulphi Collenucci** orationes in funere Baptistae Sforza, uxoris Friderici, Urbini ducis; diversorum orationes, epistolae et carmina aliis temporibus missa ad Fridericum ducem.

Pars I. In morte uxoris.

1. **Friderici Veterani** carminum collectoris [1] (f. 1^{v}) epist. ad Fridericum ducem. (Cinquini, *Il codice vaticano-urbinate 1193* in ephemeride *Classici* e *Neolatini,* I (1905), p. 115-116); [2] (f. 3) epigr. de corpore Friderici in arca sepulcrali (l. cit., p. 117-118); [3] (ibid.) in eiusdem imaginem (l. cit., p. 118).

2 (f. 4). **Ioan. Ant. Campani** oratio. Inc. *Mirantur fortasse plerique uestrum, proceres.* Des. *non minus tamen gloriari possitis matris memoria quam patris.* (Callii ed. 1476).

3. **Pandulphi Collenucci** [1] (f. 25^{v}) oratio, habita Pisauri. (Cinquini l. cit., p. 213-218); [2] (f. 33^{v}) Friderici, Urbini ducis, gratiarum actio ad pisaurenses (l. cit., p. 147).

4 (f. 34 et 35^{v}). **Sixti IV** epist. 1-2 (l. cit., p. 20-21).

5 (f. 36). **Nicolai Tron,** Venetiarum ducis, epist. (l. cit., p. 22).

6 (f. 36^{v}). **Bartholomaei Scala** epist. reip. florentinae nomine (l. cit., p. 20).

7 (f. 37^{v}). ⟨**Francisci Philelphi** epist.⟩ Friderico. (Epist. familiares, Venetiis 1502, lib. 35, p. 251).

8 (f. 39). **Leonardi Grifi** epist. (Cinquini, l. cit., p. 223-224).

9 (f. 40^{v}). **Roberti de Valturibus** oratio (l. cit., an. II (1906), p. 25-29).

10 (f. 48). **Ioannis Gatti,** cephaludensis, episc. catanensis, oratio (l. cit., p. 114-124).

11 (f. 65^{v}). **Bessarionis,** card. niceni, epist. (l. cit., p. 220-221).

12 (f. 68). **Colantonii de Richis** oratio (l. cit., an. III (1907), p. 68-77).

13 (f. 83). **Donati Acciaiuoli** epist. (Zannoni, *L'impresa di Rimini narrata da Piero Acciaiuoli* in *Rendiconti d. r. accad. d. Lincei,* V (1890), p. 142).

14 (f. 84^{v}). ⟨**Nicolai Bendidio**⟩ epist. (Cinquini, l. cit., an. I (1905), p. 22-24).

15 (f. 87). **Bartholomaei Scala** epist. (l. cit., p. 17-19).

16 (f. 91). ⟨**Io. Bapt.**⟩ **Porcellii** ⟨**Pandoni**⟩ epist. (Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro* in *Rendiconti,* cit., IV (1895), p. 499-500).

17 (. 93). **Andreae Barbatiae** epist. (Cinquini, l. cit., III (1907), p. 83).

18 (f. 99). **Bartholomaei Manere** epist. (l. cit., p. 83-86).

19. **Porcellii** [1] (f. 103) elegia (l. cit., p. 199-201); [2] (f. 104^{v}) epitaphium. (Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro,* l. cit., p. 126).

20. **Martini Philetici** [1] (f. 105) decastichon. (Cinquini, l. cit., p. 203); [2] (f. 105^{v}) tetrastichon. (Pecci, *Contributo per la storia degli umanisti nel Lazio* in *Archivio d. soc. rom. di Storia patria,* XIII (1890), p. 513).

21. **Xantis Cerasi** [1] (ibid.) hendecasyllabi 1-9. (Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro,* l. cit., IV (1905), p. 496); [2] (ibid.) elegia (Cinquini, l. cit., an. III (1907), p. 205-206); [3] (f. 107ᵛ) hexastichon (Zannoni, l. cit., p. 496 in nota); [4] (f. 107ᵛ) elegia (Cinquini, l. cit., p. 207); [5] (f. 108) ad Italiam hendecasyllabi 1-7 (l. cit., p. 207).

22 (f. 108ᵛ). **F. Mutii** hexastichon. (Zannoni, l. cit., p. 495).

23 (ibid.). Hexastichon. (Cinquini, l. cit., p. 208).

24 (ibid.). Hexastichon (l. cit.).

25 (f. 109). Elegia et epigr. (l. cit., p. 208-209, nn. XXI-XXIII).

26. Αἰλίου τοῦ Τυφερνέως [1] (f. 109ᵛ) epigramma graeco-latinum; [2] (f. 110ᵛ) alterum epigr. graeco-latinum. (Ambo apud Zannoni, l. cit., p. 497-498, sed negligenter).

27 (f. 111ᵛ). Epigramma. (Cinquini, l. cit., p. 209).

28 (f. 112). Octastichon (l. cit., p. 209-210, ubi Christophoro Delio tribuuntur).

Pars II.

Diversorum carmina ad Fridericum, Urbini ducem, variis temporibus missa.

1. **Ferabovis (Io. Andreae)**, carmelitae, [1] (f. 113) elegia (l. cit., p. 555-556); [2] (f. 113ᵛ) octastichon (l. cit., p. 556); [3] (f. 114) decastichon (Cinquini, de vita et morte d. Baptistae Sfortiae... Romae 1905, p. 58); [4] (ibid.) in ducis Friderici imaginem a Petro burgensi pictam decastichon (in ephemeride *L'Arte,* an. IX (1906), p. 56); [5] (f. 114ᵛ) decastichon (Cinquini in *Classici e Neolatini,* III (1907), p. 556-557); [6] (f. 115) octastichon (l. cit., p. 557 una cum epigr. superiore); [7] (ibid.) carmen asclepiadeum (l. cit., p. 557).

2 (f. 115ᵛ). **Pauli Marsi** elegia (l. cit., p. 561-562).

3 (f. 116). **Bonini Mombritii** elegia (l. cit., p. 564-566).

4 (f. 117ᵛ). **Cornelii Vitellii** epigr. (l. cit., p. 566-567).

5. **Contes Fatini** [1] (f. 118) *pro domo* tetrastichon (l. cit., p. 567); [2] (ibid.) hexastichon (l. cit.).

6 (ibid.). Elegia (l. cit., p. 567-568).

7 (f. 119). **Aragonii Moratini** elegia (l. cit., p. 568-569).

8 (f. 120). **Marii Philelphi** octastichon (l. cit., p. 569).

9. **Petri Casalii** [1] (f. 120) *pro domo* distichon (l. cit., IV (1908), p. 249; [2] (ibid.) *pro domo* hexastichon (l. cit); [3] (f. 120ᵛ) *pro barco* (ferarum) tetrastichon (l. cit.).

10 (f. 120ᵛ). **Mutii ⟨Macarii?⟩** octastichon (l. cit., p. 250).

11 (f. 121). **Andronici**, *graeci,* octastichon (l. cit., p. 250-251).

12 (ibid.). **Domici Calderini** pro regia hexastichon (l. cit., p. 251).

13. **Petri Casalii** [1] (ibid.) hexastichon (l. cit., p. 252); [2] (f. 121ᵛ) *pro barco* hexastichon (l. cit.).

14 (f. 121v). **Alexandri Prendilaqua** epigr. (l. cit., p. 252-253).

15. Mabilii (seu **Michaëlis Marulli**) [1] (f. 122) hexastichon (l. cit., p. 256); [2] (f. 122v) tetrastichon (l. cit.); [3] (ibid.) elegia (l. cit., p. 256-257); [4] (f. 123) tetrastichon (l. cit., p. 257); [5] (ibid.) hexastichon (l. cit.); [6] (f. 123v) epigr. (l. cit.) [7] (ibid.) decastichon (l. cit., p. 258); [8] (f. 124) tetrastichon (l. cit.); [9] (ibid.) tetrastichon (l. cit.) [10] (ibid.) decastichon (l. cit.); [11] (f. 124v) tetrastichon (l. cit., p. 258-259); [12] (ibid.) tetrastichon (l. cit., p. 259); [13] (ibid.) tetrastichon (l. cit.); [14] (f. 125) tetrastichon (l. cit.); [15] (ibid.) elegia (l. cit., p. 259-260).

16 (f. 126). Elegia (l. cit., p. 260-261).

17 (f. 126v). **Pandulphi Collenucci** hexastichon *pro domo*. (Cinquini, in ephem. cit., I (1905), p. 219).

18. **Antonii Anesutii** (semproniensis) [1] (f. 127) elegia. (Ephem. cit., V (1909), p. 106-107); [2] (f. 128) tetrastichon: *Saturnalitio pro munere - tempus in omne dicat;* [3] (ibid.) sapphicon (l. cit., p. 108-111); [4] (f. 132) elegia (l. cit., p. 112); [5] (f. 133) octastichon (l. cit., p. 112-113); [6] (ibid.) *monocolos* (l. cit., p. 113); [7] (f. 134) elegia (l. cit., p. 113-115).

19 Francisci Philelphi [1](f. 136) elegia. (Zannoni, *Commentari della vita e delle imprese di Federico da Montefeltro,* Tolentino 1901, p. X-XI, n. 14; (Cinquini, l. cit., p. 116); [2] (f. 136v) epigr. (l. cit.).

20 (f. 137). **Bonini Mombritii** elegia (l. cit., p. 117-118).

21 (f. 138v). **Leonardi Grifi** elegia (l. cit., I (an. 1905), p. 224-225).

22 (f. 139v). **Francisci Tranchedini** elegia (l. cit., V (an. 1909), p. 119-120).

23. Platini (Piattino Piatti) [1] (f. 140v) elegia: *Ne crutiere, ducum fortissime - quae potuere duces;* [2] (f. 141) hexametri 1-25: *Adsum laeta tuis - te dulci pectore fidum.*

24 (f. 141v). **Ioannis Antovionty** elegia (l. cit., p. 254-255).

25 (f. 142v). **Francisci** (?) **Mutii** *decastichon* (l. cit., p. 255).

26 (ibid.). Tetrastichon adespotum (l. cit.).

27. **Antonii Puteobonelli** [1] (f. 143) tetrastichon (l. cit., p. 256); [2] (ibid.) elegia (l. cit., p. 256-257); [3] (f. 143v) elegia (l. cit., p. 257).

28. **Ioannis Iacobi Simonetta** [1] (f. 144v) elegia (l. cit., p. 347-349; [2] (f. 146v) elegia (l. cit., p. 349-350).

29. **Ioannis**, verulani, [1] (f. 147v) decastichon. (Pecci, *Archivio d. soc. rom. di Storia patria,* XIII (1890), p. 456); [2] (f. 148) epigr. (Cinquini, l. cit., p. 351).

30 (f. 148v). **Martini de Vailate**, augustinensis ordinis, elegia (l. cit., p. 351-352).

31 (f. 149v). **Augustini ⟨Staccoli?⟩** elegia (l. cit., p. 353-356).

32 (f. 152v). **Petri**, augustinensis ordinis, epigr. (l. cit., p. 356).

33 (f. 153). **Laurentii Abstemii** hexastichon (l. cit., p. 357).

34. (f. 153v). **Pompei Pazaglia** elegia (l. cit., p. 357-358).

35 (f. 154^{v}). **Mabilii** hexametri 1-63 (l. cit., IV (1908), p. 261-263).

36 **Platini (Piattino Piatti)** [1] (f. 156) elegia: *Si tibi sunt, ut erant - sis memor ipse tui;* [2] (f, 157^{v}) decastichon: *Si modo nostra - tu mihi numen eris;* [3] (ibid.) epigr. *Poscere celestes precibus - tu quoque semper eris;* [4] (f. 158) elegia: *Et potest et debes - miles et unus ero;* [5] (f. 158^{v}) elegia: *Dum tibi languidulis - dona minora Dei;* [6] (f. 159) hendecasyllabi 1-11: *Fastidire meam te nisi uidero - te duce moliar;* [7] (f. 159^{v}) iterum 1-12: *Multi forsitan hoc opus legentes - lux uale salusque;* [8] (f. 160) sapphicon: *Messor algenti recreatur umbra - carmine tempus;* [9] (f. 160^{v}) elegia: *Cum tibi Pieridas - teque parente meo;* [10] (f. 161^{v}) disticha 1-39: *Malo probi nomen - ne teneare colas;* [11] (f. 164^{v}) heroicum carmen: *Unde uirum canere incipiam - rebus seruate latinis.*

37 (f. 169). **Demetrii** hexastichon. (Cinquini, Ephem. cit., V (1909), p. 359).

38. **Platini (Piattino Piatti)** [1] (ibid.) distichon: *Iam caelum quamuis - inferiora tuo;* [2] (ibid.) distichon: *Hos habe uersiculos - annumerare tuis;* [3] (ibid.) epigr. *Cogit amara fames - te, Federice, meum;* [4] (f. 169^{v}) elegia: *Iam mea picenos - nota fidemque tui;* [5] (f. 170^{v}) elegia: *Me tua natali - principe, sermo sat est.*

39. **Bartholomaei**, forosemproniensis, [1] (f. 171) epigr. (l. cit., p. 359-360); [2] (f. 171^{v}) alterum epigr. (l. cit., p. 360).

40 (f. 172). **C⟨herubini⟩ Quarqualii** epigr. (l. cit., VI (an. 1910), p. 25-26).

41. **Lippi florentini** (i. e. **Aurelii Brandolini**) [1] (f. 172^{v}) elegia (l. cit., p. 27-28); [2] (f. 174) epigr. (l. cit., p. 28).

42 (f. 174^{v}). **Fusci Tibulli Raimondi** octastichon (l. cit., p. 28-29).

43 (f. 175). **Antonii Lepidi** epigr. (l. cit., p. 29).

44 (f. 175^{v}). **Fusci Tibulli Raimondi** elegia (l. cit., p. 29-31; ibi tamen oscitantia quadam tribuitur Antonio Lepidi).

45. **Michaëlis**, asculani, [1] (f. 176^{v}) decastichon (l. cit., p. 31); [2] (ibid.) tetrastichon (l. cit.); [3] (f. 177) alterum (l. cit.).

46. **Albini (Gabrielis, lucani)** [1] (ibid.) decastichon (l. cit., p. 31-32); [2] (ibid.) epigr. (l. cit., p. 32); [3] (f. 177^{v}) distichon (l. cit.); [4] (f. 178) distichon (l. cit., p. 82; [5] (ibid.) tetrastichon (l. cit.).

47 (ibid.). **Aemilii** epigr. (l. cit., p. 88).

48. **Berardini ⟨Cillenii⟩**, veronensis, (immo pisciensis) [1] (f. 178^{v}) heroicum carmen (l. cit., p. 83-87); [2] (f. 182) elegia (l. cit., p. 87-88).

49 (f. 183). **Aemilii** epigr. (l. cit., p. 88).

50. **Francisci Prendilaqua** [1] (f. 183) tetrastichon (l. cit., p. 89); [2] (f. 183^{v}) hexastichon (l. cit.); [3] (ibid.) hexastichon (l. cit.); [4] (ibid.) elegia (l. cit., p. 89-90).

51 (f. 185). **Francisci Fuci**, tifernatis, epigr. (l. cit., p. 91).

52 (f. 185). **Michaëlis** (asculani?) epigr. (l. cit., p. 91-92).

53 (f. 186). **Francisci Philelphi** epigr. (Zannoni, *Commentari* etc. (l. cit., p. XI).

54 (f. 186ᵛ). Mabilii epigr. (Cinquini, l. cit., p. 263).

55 (ibid.). Galeotti Gondi epigr. (l. cit., VI (an. 1910), p. 92-93).

56 (f. 187). Aemilii epigr. (l. cit., p. 93).

57. Bernardini ⟨Cillenii, pisciensis⟩ (in ms. *veronensis)* [1] (f. 187ᵛ) distichon (l. cit.); [2] (ibid.) epigr. (l. cit., p. 93-94); [3] (ibid.) distichon (l. cit., p. 94).

58 (ibid.). Xantis Cerasii, viterbiensis, epigr. (l. cit.).

59 (f. 188). Angeli Lapi, faentini, elegia (l. cit., p. 95-96).

60 (f. 189ᵛ). Francisci Prendilaqua elegia (l. cit., VII (an. 1911), p. 49-53).

61 (f. 193ᵛ). Antonii Lepidi hexametri (l. cit., p. 53-55).

62 [1] (f. 195ᵛ). Epigr. in *palatium* (l. cit., p. 55-56); [2] (f. 196) octastichon in idem (l. cit., p. 56).

63 (f. 196ᵛ). Altilii ⟨Gabrielis, neapolitani⟩ hexastichon (l. cit.).

64 (ibid.). Albini decastichon (idem quod supra f. 177).

65 (f. 197). Ioan. Bapt. Musephili elegia (l. cit., p. 173-175).

66. Callimachi siculi [1] (f. 199) elegia. (Cinquini, *Spigolature... in Miscellanea di storia e cultura ecclesiastica,* 1905, p. 10); [2] (f. 200) tetrasticha in viros illustres in armis et in doctrinis (l. cit., p. 11-14).

67 (f. 203ᵛ). Baptistae Barcellini hexametri. (Cinquini, *Classici e Neolatini,* VII (1911), p. 176-177).

68 (f. 204ᵛ). Cantalicii (Io. Bapt.) elegia (l. cit., p. 177-178).

69 (f. 205ᵛ). Berardini, brianensis, epigr. (l. cit., p. 179).

70 (f. 206). Cantalicii, senensis, epigr. (l. cit., p. 179-180).

71 (f. 207). Ioannis Ant. Saraceni elegia (l. cit., p. 180-182).

72 (f. 208ᵛ). Antonii Honophrii Cantalicii, tolentini, elegia (l. cit., p. 182-184).

73 (f. 212). Guidonis Pecci, eugubini, heroicum, praeeunte oratione (l. cit., p. 184-189).

74 (f. 215ᵛ). Iacobi, tyfernatis, elegia (l. cit., p. 189-193).

75 (f. 219). Io. Andreae Ferrabovis, carmelitae, sapphicon (l. cit., III (an. 1907), p. 558-560).

76 (f. 221ᵛ). Ludovici Amorosi, tudertini, heroicum (l. cit., VII (an. 1911), p. 193-195).

77 (f. 224). Bartholomaei, sulmonensis, heroicum (l. cit., p. 195-198).

78. Marii Philelphi [1] (f. 226ᵛ) elegia (l. cit., p. 198-199); [2] (f. 227ᵛ) elegia (p. 199-200).

79 (f. 228ᵛ). Naldi, florentini, epigr. (l. cit., p. 200).

80 (f. 229). Porcellii (Io. Bapt.) hexametri in Bellonae caput, in territorio pheltrensi effossum, et a se Friderico duci dono datum (l. cit., III (an. 1907), p. 201-202).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 543 signatur, a Friderico Veterano scriptus, titulos et lemmata praefert rubra, interdum titulos litt. alternis aureis caeruleisque, in-

tiales maiores tum aureas, tum caeruleas, tum rubras; initiales maximas aureas intextis ramis coloribusque distinctas. In margine inferiore folii 3 caput Friderici Urbini ducis, quod edidi in opere: *I ritratti e le geste dei duchi di Urbino,...* Roma 1913, tab. IV. In f. 3 figura rectangularis ornata floribus, lineis aureis, duobus parvis clipeis, in quibus capita Friderici, Urbini ducis et Baptistae Sforza uxoris, auro picta; in medio rectangulo titulus codicis. Folii 4 margines, eodem stilo ornati, referunt imagines duorum leporum et capitum duorum puerorum, una cum insigni fridericiano (*la coppetta*); in margine inferiore aquila nigra, auro suffusa et coronato capite ungulis sustinet tesseram gentiliciam, quatuor aquilis et insigni pontificio praeditam, hinc inde litt. FE⟨dericus⟩ DUX. Codicem descripsit Cinquini, *Classici e Neolatini,* I (1905), p. 111-112. Ff. I. 1r. 130v-133 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1194 (olim 191, cf. f. Iv et 1288, cf. f. 2). Saec. XV, seu potius an. 1471, cf. f. 72v, membran., mm. 231×142, ff. III. 198.

P. Vergerii de ingenuis moribus; **Plutarchi** de liberis educandis Guarino interprete; **Demosthenis** epist. ad Alexandrum et s. **Basilii** de studiis litterarum Leonardo Bruni interprete; **Leonardi Bruni** isagoge; **Luciani** dialogus inter Alexandrum etc., Ioanne Aurispa interprete; **Platonis** (?) Axiochus, incerto interprete; **Suetonii** de vitis grammaticorum ac de rhetoribus; **C. Taciti** de oratoribus.

1 (f. 1). **P. Pauli Vergerii** ad Vbertinum, carrariensem, de ingenuis moribus et liberalibus studiis. Inc. *Franciscus senior avus tuus, cuius ut extant plurimae res magnifice gestae.* Des. *nihil tibi nisi teipsum uideri defuisse.* (Pluries editus).

2 (f. 46). **Plutarchi** de liberis educandis ⟨Guarino veronensi interprete⟩. Inc. *Quidnam est quod de ingenuorum educatione liberorum.* Des. *At humano effici posse constat ingenio;* praeit epistola ⟨ad Angelum, civem florentinum⟩: *Maiores uostros, Angele, mi suauissime - Plutarchum ipsum audiamus.* (Ed. Coloniae 1472).

3 (f. 74). **P. Pauli Vergerii** ad illustrem Ymolae dominum, Ludovicum Alodosium, pro deiecta statua Virgilii Maronis epist. (Muratori, Rerum italic. scriptores, Mediolani 1730, XVI, p. 215-220).

4 (f. 83). **Demosthenis** epistola ad Alexandrum regem, ⟨Leonardo Bruni aretino interprete⟩. Inc. *Nihil habet, Alexander, uel fortuna tua maius.* Des. *cum haec feceris conseruaturus es.* (Cf. cod. 1173 et Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, p. IV, 2216).

5 (f. 87v). **S. Basilii** de studiis litterarum, Leonardo Bruni, aretino, interprete. Inc. *Multa sunt, filij, quae hortantur me.* Des. *recta consilia non aspernantes;* praeit (f. 86) interpretis praefatio ad Colutium (Salutati) florentinum: *Ego tibi hunc librum, Coluci - quanta gravitas sit.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, p. IV, p. 2208).

6 (f. 107). ⟨**Luciani** dialogus⟩ (in ms. *disceptatio) inter Alexandrum, Annibalem et Scipionem quis eorum praeferendus sit* (in ms. *de praesidentia), Ioanne Aurispa interprete, ad Baptistam Caputdeferro*... Inc. *Cum in rebus bellicis semper caeteris.* Des. *Neque hic quidem spernendus est.*

7 (f. 113ᵛ). **Platonis** (?) Axiochus (in ms. *Axiocys)* seu de morte ⟨incerto interprete⟩. Prooemium inc. *Erodotus alicarnasseus suo historiarum opere conscripsit fabulam super Arione quodam* des. *aliquando Socratem cum Asiaco audiamus de morte disserentem. Dialogus* (f. 115ᵛ) inc. *Cum in riuos Arges uenissem abiremque Vissum,* des. *Ego in riuos Arges redeam unde ad uos sum profectus.*

8 (f. 132). **Leonardi ⟨Bruni⟩**, aretini, isagoge, seu introductio ad moralem philosophiam. Inc. *Prima igitur huius disciplinae consideratio mihi uideri solet.* Des. *ut boni simus uirtutesque exerceamus;* praeit (f. 129) prooemium ⟨ad Galeottum Ricasolanum⟩: *Si ut uiuendi, Galeotte, sic etiam bene uiuendi cura - si quid interdum ambigis interpella.* (Lovanii, 1475).

9. C. Suetonii Tranquilli [1] (f. 156) de grammaticis (in ms. *de uitis grammaticorum).* [2] (f. 167ᵛ). De rhetoribus (in ms. *de uitis rhetorum).*

10 (f. 172ᵛ). **Corneli Taciti** dialogus de oratoribus; usque ad vv. *quod apud me equidem in confesso est. Sed causa*... (Ed. Halm, Lipsiae 1891, 27, lin. 4, p. 301).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 255 signatur, *Federici Veterani urbinatis manu transcriptus* (est) *pro illustrissimq principe Federico, Urbini duce inuictissimo, cuius post obitum obiere uirtutes ac uirtutum premia. Proh. dolor. Haud uale, sed defle quisquis legis;* cf. notulam appositam in f. 197. Tituli alternis litt. aureis caeruleisque, interdum tamen caeruleis ac rubris. Inscriptiones in summis marginibus et lemmata litt. rubris. Initiales minores caeruleae, maximae autem aureae coloribus ornatae atque intextis ramis. In f. 1ᵛ figura triangularis coloribus ornata, in qua tituli contentorum. In latere recto, superius, caput seraphim, sub angulo, inferius, tessera gentilicia Friderici, Urbini ducis, tribus aquilis praedita. Folii 2 quatuor margines ab ipso Veterano, ut ex aliis imaginibus eius manu pictis conicere licet, decorati sunt vase, e quo surgunt rami arborum in campo caeruleo. Inter arborum ramos papiliones, aves, lepus, gazella cubans et insigne fridericianum (hermellina). In parte inferiore bini leones erecti sustinent tesseram gentiliciam, quatuor aquilis praeditam, una cum litt. C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩. Ff. II-III. 1ʳ. 73. 155ᵛ. 197ᵛ-198 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1195 (olim 228, cf. f. Iᵛ). Saec. XV, membran., mm. 180×121, ff. II. 52.

F. 6ᵛ. **Lodovici Carbonis** *dialogus de neapolitana profectione. Collocutores sunt Paulus Marchesius, Manfredus Maldentus, Lodovicus Carbo.* Inc. *Lodovicus: Quando erit illa dies, o Paule dulcissime, cum parem tibi gratiam rettulisse, uel potius uicissitudinem aliquam tantorum tuorum in nos meritorum reddidisse uideamur?* Des. *institutaeque amicitiae testimonium uerissimum, argumentumque certissimum;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio *Illustri et potentissimo principi diuo Frederico Montisfeltri, Urbini Durantis-*

que comiti...: Contemplanti mihi diligentissimeque intuenti singulorum Italiae principum uitam - Tu interim bene uale Italicae gentis decus et gloria. (Excussit et specimina edidit Zannoni: *Un viaggio per l'Italia di Lodovico Carbone umanista (1473)* in *Attti dell'Accademia dei Lincei, Rendiconti,* Serie V, an. VII (1898), p. 182 sqq.).

Codex, qui in vetere indice urbin. signatur n. 619, titulos et initiales maximas praefert aurea, interlocutorum nomina et lemmata rubra. Folii 1 quatuor margines ornati sunt auro, intextis ramis coloribusque. In margine inferiore corona laurea, in qua tessera gentilicia Friderici Urbini comitis duabus aquilis praedita, ad cuius latus dextrum alia tessera tribus superpositis capreolis distincta in campo argenteo. In prima initiali C imago clypeata Ludovici Carbonis. In folii 6v parte sinistra alterum ornamentum auro, coloribus intextisque ramis compositum. Codicem descripsit Zannoni, l. cit., p. 184, n. 2. Ff. I. II. 48-52 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1196. Saec. XV, membran., mm. 291×137, ff. II. 87.

Marii Philelfi *descriptio summaria vitae Temyris, regis Turcorum, viri praestantissimi et summa laude cumulati.* Inc. *Temyres, vir clarissimus, Zagano patre natus, in Asia fuit educatus.* Des. *tum teneri memoria quae tam sapienter edixisset. Finis;* praeit (f. 1) praefatio *ad illustrem et inclytum principem urbinatem Fredericum, comitem invictum: Omnis regio ac natio suos habet mores - diuinae tuae mentis gloriam deditissimi.* (Prefationem ed. Zannoni in: *Scrittori cortigiani dei Montefeltro,* Roma 1894, p. 78).

Codex, qui convenit n. 616 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maximas aureas. Folii 1 quatuor margines ornati sunt lineis aureis, coloribus intextisque ramis. In prima initiali O dimidia imago auctoris (Marii Philelphi), iuvenili aetate; in margine inferiore duo puelli sustinent tesseram gentiliciam in 1 et 3 aquila biceps, in 2 et 4 lilia quinque et tria capita canum; in parte superiore tessera gentilicia urbinas partim discerpta. Ff. I-II. 84v-87 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1197 (olim 263, 36 et 56, cf. f. 1). Saec. XV, et praesertim an. 1474 (cf. f. 60), chart., mm. 214×137, ff. II. 70 (+ f. 8a).

F. 9. ⟨Exemplaria (in ms. *formularium)* epistolarum pro Alexandri Sfortiae, Cotignolae comitis, cancellariis⟩. I: *Littera passus: Franciscus Sfortia, vicecomes, dux Mediolani etc. Profecturus cum sit saepenumero Iohannes Picininus de Brixia - nostrique sigilli munimine roborari, datum etc.* Epistolae numerantur 103. Ultima: *Littera passus eundi et redeundi: Constantius Sfortia, Cotignole comes etc. Cum magister Octorinus Dominici - et ad similiam* (!) *obligamur rependia et maiora. Datum etc.* Sequuntur [1] (f. 60v) alia manu epistola *pro Ebreis* (eis permittitur exercitium fenoris): *Alexander Sfortia...* etc. *Etsi*

subiectorum obedientia ac fides principes ipsos ad munificentiam - Datum Pisauri die XXI maij MCCCLXV, quod sigillum apponetur a tergo. Infra: *Leonardus Botta de mandato;* ... [2] (f. 62) *Forma bulle pro eis, qui ad sacros ordines per episcopum promouentur: In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi - Celebrata fuit dicta ordinatio per supradictum dominum episcopum sub anno, indictione et die etc. et presentibus etc. Et Ego etc.;* [3] (f. 63) *forma instrumenti Curae: In Christi nomine. Amen. Anno Domini millesimo CCCXXXVI, indictione XV, tempore sanctissimi... Constituta personaliter in iudicio coram egregio legum doctore domino Matthia de Leonibus - et comitis Pisauri auctoritatem interposuit et decretum;* [4] (f. 64) ⟨alia permissio exercendi fenoris in favorem Iosephi Tobiae hebraei⟩: *Alexander Sfortia, Cotignole... Subiectorum commoditati libenter inclinamur - Datum Pisauri die XXII novembris MCCCLXVII Leonardus Botta;* [5] (f. 65) alia manu: ⟨Constantii Sfortiae exemptio a tributis omnibus concessa Nicolao de Barignano, brixiensi⟩: *Constantius Sfortia... Tot et talia erga nos et statum nostrum - Pisauri die decimo aprilis MCCCC septuagesimoquarto. Iacobus;* [6] (f. 65ᵛ) Camillae et Ioannis *Sfortiae* confirmatio exemptionis Nicolao de Barignano, *Pisauri 1486 et 1494;* [7] (f. 66) alia manu lingua italica ⟨Ioannis Sfortiae decretum, quo constituit Candolphinum de comitibus de la Genga curatorem omnium curatorum suae provinciae et regionis⟩: *Cognoscendo et per fede et per longa experientia quanto uaglia lo presente cauelero messer Candolphino - Datum Pisauri 3 oct. 1500. Turricella;* [8] (f. 66ᵛ) alia manu, ⟨Ioannes Sfortia confirmat statuta comunitatis Castrimontis Vetularum⟩: *Ioannes Sfortia etc. Id in primis curandum principi censemus ut comuni omnium utilitati consulat - Datum Pisauri die 15 ian. 1491. Io. Bonus;* praeeunt [1] (f. 1) *Omnia litterarum superscripta ac tituli:...* Et primum. *In curia romana... Summo Pontifici: Sanctissimo uel beatissimo;* sequitur formula: *intus et infrascriptio* - Ultimus titulus: *Serenissimo principi et reuño dño dño Iohanni, Dei gratia, regi Nauariae... ac domino ciuitatis Balagariae;* [2] (f. 8) *tabula* (seu index) *patentium litterarum: Littera passus. alia littera passus - exordium litteris offitii.*

Codicis maxima pars exscripta est an. 1474, uti eruitur e subscriptione in f. 60: *Finis huius libelli seu formolarii scripti per me Lodovicum ser Francisci de Fanestris de Pisauro me existente Florentiae, domino Almerico de Almericis existente praetore. MCCCLXXIIII.* Tituli et initiales ff. 1. 9 minio exarata. Ff. 8ᵃ. 67-70 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

1198. Saec. XV, chart., mm. 210×139, ff. 1-89.

Epistolae **Friderici Montisfeltrii**, Urbini ducis, nomine scriptae. 1 (f. 4) Paulo II (gratias agit Paulo II pont., pro munere gonfaloneriatus ecclesiae s. Dei): *Difficillimum mihi dictu esset, B. P., quanta cum reuerentia - humiliter*

me commendo; 2 (f. 5) Sixto IV ⟨persuasisse se nonnullis oratoribus regis Hungariae ne se Romam conferrent visendi pontificis gratia⟩...: *Iam huc aduentauerant et iam hic conuenerant - cuius pedibus, sanctitatis vestrae fidelis seruus Federicus, comes Montisferetri et dux Urbini XVII an. 1476;* 3 (f. 6) Sixto IV (agit gratias pro munere curandi rem familiarem Antonii Iuppi): *Ea qua potui et debui reuerentia accepi breue sanctitatis v. - obligor atque deuincior. Vale;* 4 (f. 6ᵛ) Sixto IV (agit gratias pro epistola consolatoria de morte Baptistae uxoris): *Ea omni reuerentia qua potui et debui - sed obedire sanctissimum putem...* (Cinquini, *Spigolature da codici manoscritti del sec. XV,* in *Classici e Neolatini,* 1 (an. 1905) p. 221-222); 5 (f. 7ᵛ) Sixto IV (excusat se non citius expedisse rem cum rege Aragonio): *Ex omni reuerentia qua potui accepi breue s. v. quo me quidem denuo certiorem facit - cuius pedibus me humiliter commendo;* 6 (f. 8) Sixto IV (agit gratias pro tribus brevibus in quibus pontifex eum certiorem fecerat de profectione legati ad civitatem Castelli, de suspicione florentinorum propter armigeros ad illam civitatem profectos ac de adhortatione apud serenissimum regem Aragoniae): *Ea qua potui reuerentia accepi tria breuia sanctitatis v., quorum primo - cuius pedibus me humillime commendo. Vale;* 7 (f. 9) epistola quae n. 3, rescripta; 8 (f. 9ᵛ) Sixto IV (agit gratias quod sanctitas sua laetatus sit de filio nato): *Redditae sunt mihi litterae sanctitatis tuae, quibus omni reuerentia lectis* (Cinquini, l. cit., p. 220-221, in nota 2); 9 (f. 10) Sixto IV (agit gratias pro gonfaloneriatu): *Ea qua potui reuerentia accepi breue sanctitatis vestrae, plenum benignitatis - quam celerime cupiam adesse;* 10 (f. 11) iterum pars prior epistolae, quae supra n. 8); 11 (f. 11ᵛ) Sixto IV (excipit onus a pont. sibi demandato de perusinis): *Ea qua potui reuerentia accepi breue sanctitatis vestrae per quod mihi precipit - sedulo et humiliter commendo. Sanctitatis vestrae...;* 12 (f. 12) Sixto IV (accepisse ait bina brevia, alterum ut consuleret differentiis super bonis Nicolai de Castello; alterum de recipienda nominatione a bononiensibus et perusinis): *Ea omni qua potui reuerentia accepi bina breuia s. v., quorum altero - etiam atque etiam commendo;* 13 (f. 12ᵛ) Sixto IV (respondet bellica instrumenta a pont. requisita parata esse et bonam esse dispositionem regis erga sanctitatem suam): *Accepi breue sanctitatis v. et copiam litterarum Laurentii Cosmae - et sacro terrae osculo ante pedes;* 14 (f. 13) Sixto IV (laetatur de nuntio pacis initae inter serenissimos reges Hungariae et Poloniae et gratulatur): *Ea qua potui et debui reuerentia accepi... quo factus certior de pace - ut eius fidelissimus seruus possim gaudere;* 15 (f. 13ᵛ) Sixto IV (adducit causas cur retinuerit bona domini Dominici, preceptoris preceptoriae sancti Marci fanensis et iudicem petit): *Ea qua potui reuerentia accepi breue sanctitatis v. de negotio domini Dominici - cuius pedibus humiliter commendo;* 16 (f. 14ᵛ) Eduardo IV regi Angliae (commendat Ioannem oratorem regis quocum

agit de iubilaeo et extollit benignitatem pontificis erga illum regem): *Etsi scripserim alias serenitati* (in ms. *sanctitati*) *v. de summa diligentia et fide - maiestas vestra cuius pedibus me humiliter commendo* (de hac epist. cf. Dennistoun, *Memoirs of the dukes of Urbino*, London, 1851, 1, p. 429); 17 (f. 15ᵛ) Eduardo IV (agit gratias pro collatis garaterii ordinis insignibus): *Serenissime rex.... per magnificum militem dominum Bartholomeum, oratorem maiestatis vestrae* (anglica versione edidit Dennistoun, l. cit., p. 426-427); 18 (f. 17) Sixto IV (debet omni sollicitudine instare ut generalis liga concludatur): *Omni qua potui reuerentia accepi breue sanctitatis v. cuius singulari erga me benignitati - cuius pedibus me sedulo et humiliter commendo*; 19 (f. 17ᵛ) Eduardo IV, regi Angliae (gratum sibi fuisse adventum Ioannis de la Scrop, civem britannicum, ab itinere hierosolymitano et regi se commendat): *Cum nuper magnificus dominus Ioannes de le Scrop a sancto sepulcro - cuius pedibus me humiliter commendo* (huius epist. meminit Dennistoun, l. cit., p. 429 in nota); 20 (f. 18) regi cuidam (Ferdinando aragonio (?), agit gratias de nunciis ex oriente, christianae rei opportunis): *Accepi litteras serenitatis v., quibus me certiorem facit de eo quod nuper ex oriente - si quid boni eueniet accipiam*; 21 (f. 19) Eduardo IV, regi Angliae (gratias agit pro litteris et pro nuncio sibi allato ab oratore regis, domino Ioanne, abbate Abyngdonensi, de dignitate garterii ordinis sibi collata): *Serenissime et inuictissime rex... humanissimas litteras maiestatis uestrae omni reuerentia accepi et simul intellexi ea - me iterum commendo*; 22 (f. 19ᵛ) Eduardo IV (gratum sibi fuisse regem transcendisse in Galliam, bene auguratur et offert se ad omnia apud pontificem et regem Siciliae): *Serenissime etc. Fecerunt praeclara in me merita maiestatis v. et in primis eius virtus - cuius pedibus me commendo, serenissime rex*; 23 (f. 20ᵛ) Eduardo IV (post reditum Petri de Ubaldinis ab Anglia, quo iverat ad referendas gratias pro dignitate garterii ordinis): *Miseram libenter (ut meum fuit) ad serenitatem v. dominum Petrum de Ubaldinis* (lingua anglica ed. Dennistoun, l. cit., p. 427); 24 (f. 21ᵛ) Eduardo IV (certiorem facit de tradito insigni garterii ordinis per manus regis Ferdinandi aragonii prope Cryptamferratam): *Per reuerendissimum patrem et dominum Ioannem et per magnificum dominum Bartholomaeum maiestatis v. militem* (anglica versione ed. Dennistoun, l. cit., p. 425-426); 25 (f. 22ᵛ) Regi Hungariae (plaudit et operam se dedisse affirmat universali foederi contra turcum): *Accepi litteras serenitatis v., cui quidem eas quas possum gratias ago - ut meae seruitutis uelit esse memor*; 26 (f. 23ᵛ) Eduardo IV (mittit breve pontificium et benignum animum pontificis et sui erga illum regem ostendit): *Cum accepissem superioribus diebus litteras maiestatis vestrae plenas gratiae - cuius pedibus me humiliter commendo*; 27 (f. 24) Mathiae, regi Hungariae (epist. officiosa missa per episcopum forlivensem, pontificium

legatum): *Cum sit quod in presentiarum sanctissimus dominus noster mittat ad maiestatem v. reuerendum d. episcopum furliuensem - cui me humiliter commendo;* 28 (f. 24ᵛ) eidem (invitatus se excusat, causas suae servitutis erga regem exponit, cui vellet posse aliqua ex parte famulari): *Omni debita reuerentia accepi litteras maiestatis v., quas magnifico et egregio medicinae doctori magistro Francisco Fontana - Franciscus latius dicet uerbis meis;* 29 (f. 25ᵛ) eidem (respondet non aliud fecisse quam debitum, de eo quod operatus est in promotione revm̃i domini legati agrigentini): *Redditae sunt mihi litterae maiestatis v., quibus ex sua inata benignitate mihi gratias agit - cuius pedibus me humiliter commendo;* 30 (f. 26) eidem (laudat de bello contra turcum et iam egisse apud pontificem et Italiae potestates ad auxilia mittenda): *Accepi litteras maiestatis v., III nonas Ianuarij datas, quibus me pro sua benignitate certiorem facere dignata est de iis, quae sibi ipsi occurrunt - cuius pedibus me humiliter commendo;* 31 (f. 27ᵛ) Regi Castelliae, Ioanni II, (gratulatur de bono nuntio et eius maiestati se dicat): *Accepi litteras serenitatis vestrae summae erga me benignitatis plenas - 24 Maij 1476;* 32 (f. 28) Ferdinando II (in ms. *regi Hispaniae),* (laetatur de affinitate contracta cum illustrissimo capuanorum principe): *Factus sum certior litteris serenitatis vestrae de affinitate modo contracta - cuius pedibus me humiliter commendo. Urbini;* 33 (f. 29) Ferdinando II (in ms. *regi hispanie)* (laetatur de prosperis successibus et eius assumptione ad regnum): *Non dubito maiestati vestrae manifestum esse quanta et qualis sit fides et seruitus mea - cuius pedibus sedulo et humiliter commendo;* 34 (f. 29ᵛ) Matthiae *regi Hungariae* (eius virtutes extollit, gratulatur de nuptiis et antiquam servitutem declarat): *Etsi superiori tempore ex prava conditione mea non acciderit aliquo modo notam facere seruitutem meam - serenissime regine consorti maiestatis v., cuius pedibus; ...* 35 (f. 29ᵛ) Regi (Hungariae?) (gratulatur de felicibus successibus ac de sapienti responso dato oratori turcico ad pacem petendam misso): *Accepi litteras serenitatis v., quibus noua adeo secunda significauit - cui mea omnia humiliter commendo* (limatius in f. 33ᵛ); 36 (f. 31) *Regi Franciae* (Ludovico XI; mittit duos canes ei qui unum petierat et laetatur se posse facere gratum tanto regi): *Reddite sunt mihi supperioribus diebus littere serenitatis v., quibus pro sua innata et singulari humanitate - etiam atque etiam commendo;* 37 (f. 32ᵛ) ⟨Nicolao Tron, duci Venetiarum⟩ *(in ms. Regi!)* (respondet epistolae consolatoriae in morte Baptistae uxoris): *Ex litteris serenitatis v. nuper acceptis facile intellexi quam moleste tulistis - cui me humillime commendo* (epistolam consolatoriam Nicolai Tron vide apud Cinquini, *Classici e Neolatini,* 1, (an. 1905), p. 22); 38 (f. 33) *Regi* (potius duci Venetiarum, Nicolao Tron, de cuius electione gratulatur): *Dici non posset quanto mihi fuerint gaudio litterae serenitatis v., quae nuntium mihi tam gratum attulerunt - etiam atque etiam*

humiliter commendo; 39 (f. 33^{v}) eadem epistola, quae supra f. 29^{v} sed limatius); 40 (f. 34^{v}) *Regi* (potius duci Venetiarum Petro Mocenigo, de cuius electione gratulatur): *Litterae, quibus serenitas v. eius prestantissimum munus nuper susceptum pro sua incredibili humanitate mihi significauit - et omnem statum meum sedulo et humiliter commendo;* 41 (f. 35^{v}) *Regi Aragonum* (Ferdinando II?, gaudet de victoria Barcinonis et gratulatur de nativitate filiae): *Per Siciliam armorum regem* (!) *accepi litteras maiestatis v., quibus mihi significat felix nuntium natiuitatis filiae suae - in eius seruo imperare dignetur;* 42 (f. 36) *Pape* (Sixto IV, gratulatur de rebus spoletinis ac tudertinis prospere confectis): *Sanctissime etc. Ea qua potui reuerentia accepi breue sanctitatis v. et intellexi quemadmodum res tudertina - sedulo et humillime commendo;* 43 (f. 37) *pape* (Sixto IV, commendat rever. dominum protonotarium de Spinolis): *Sanctissime etc. Magna mi semper fuit amicitia cum Spinulorum familia - pedibus sanstitatis v. humiliter commendo;* 44 (f. 37^{v}) *Regi* (!) (duci Venetiarum, gratulatur de felici successu illius dominii, cuius exaltationem exoptat): *Quanto gaudio mihi fuerint littere serenitatis v., que nuntium tam gratum - cui me sedulo et humiliter commendo;* 45 (f. 38^{v}) *Duci Venetiarum* (Nicolao Marcello?; excusat se non posse uti beneficio confederationis cum veneta republ., duce mediolanensi et rep. florentina): *Accepi litteras serenitatis v., quibus mihi significare uoluit id quod diu mihi notum fuit - cuique humiliter etiam atque etiam commendo* (epist. iterum in f. 44^{v}); 46 (f. 39) Regi Hungariae (Matthiae, describit pugnas adversus ligam et praesertim florentinorum agrum, an. 1478): *Per Lucam illustrissimi domini ducis Calabriae familiarem reddite sunt mihi littere maiestatis vestrae - cui me magis magisque commendo* (partem edidit Dennistoun, l. cit., 1, p. 234-235); 47 (f. 41) *duci Venetiarum* (Andreae Vendramin?; gratulatur de electione ad ducatus dignitatem): *Quante mihi fuerit iucunditati accepisse serenitatem vestram ad eiusmodi dignitatis cumulum accessisse - et statum commendo atque trado;* 48 (f. 42) eidem, altera gratulationis epistola: *A pluribus accepi superioribus diebus nuntium de assumptione... quemadmodum alteris litteris meis significaui - atque statum maxime commendo;* 49 (f. 42^{v}) *duci Venetiarum* (Nicolao Marcello, laetatur de dissoluta turcorum obsidione a civitate *Schutari,* certiorem facit de accepta dignitate Ermellini ordinis et gonfaloneriatus, demum de tribus libris Marcello de Rusticis restituendis): *Littere serenitatis v. nuper accepte, que mihi disolutam obsidionem - cui me humilime commendo;* 50 (f. 44^{v}) iterum epistola quae supra f. 38^{v}; 51 (f. 45^{v}) *ducibus Mediolani* (gratias agit sibi significasse fugatos esse hostes, Genuam recuperatam etc.): *Rèddite sunt mihi littere excellentie v., quibus ex eorum humanitate mihi significant - seduló et plurimum commendo;* 52 (f. 46) *cardinali Anglie et sancti Cyriaci presbytero* (Bouchter d'Essex Thomae, ostendit servitutem,

offert se ad omnia et commendat Stoldum, civem florentinum, in Anglia morantem): *Debueram ocius et sepius scribere ad reverendissimam dominationem tuam - amicum familiaritate coniunctum;* 53 (f. 47) *domino Ioanni Morton,* magistro rotulorum (gratias agit pro humanitatis et amoris signis erga Petrum de Ubaldinis, oratorem suum in Angliam): *Misi superiori anno dominum Petrum de Ubaldinis - beneuolentiam meam dominationi v., que bene valeat;* 54 (f. 47ᵛ) *card. Urbini* (Ioanni Bapt. Mellini, laetatur de sanitate restituta et ad domum suam invitat ut firmius convalescat): *Per dominum Georgium vicarium revme dominationis v. accepi litteras - cui me etiam atque etiam commendo;* 55 (f. 48ᵛ) eidem (gratias agit pro pluribus et amantissimis litteris, quae sibi solatio fuerunt in aegrotatione): *Nunquam profecto dici posset quam incredibili gaudio et consolatione me afficiant - cui etiam atque etiam commendo;* 56 (f. 49ᵛ) *episcopo saresburiensi,* cancellario garterii ordinis (Richardo Beaucham gratias agit pro canibus venaticis, pullo equino missis, breve indulgentiarum pro capella s. Georgi et aliud breve pontificis legendum mittit et Stoldum Altoviti commendat): *Per eum nuntium quem superioribus mensibus - quique gratias aget dominationi v. nomine meo* (Dennistoun, versione anglica, l. cit., p. 428-429); 57 (f. 51 eidem (excusat non misisse mandatum una cum litteris ad regem ad obtinendam dignitatem garterii ordinis, promittit libentissime acturum de indulgentia obtinenda pro capella s. Georgii): *Venit a me missus superiori anno d. Petrus de Ubaldinis - summa beniuolentia coniunctus* (Dennistoun, l. cit., p. 427-428); 58 (f. 52ᵛ) *episcopo Agriensi* (Gabrieli Rangonio, gratulatur de victoria contra turcos et ut ei obtineat cardinalatum curabit): *Accepi copiam litterarum, quam ad me misit superioribus diebus - morem gerere dominationi v., cui me commendo;* 59 (f. 53) *episcopo A. feltrensi* (sc. Angelo Faseolo, in eius gratiam omnia se facturum promittit): *Reuerendus d. prothonotarius de Nordiis, quo cum ob eius insignem probitatem summa est mihi consuetudo - retulit idem reuerendus prothonotarius;* 60 (f. 56ᵛ) *episcopo modrusiensi* (Nicolao Machinen, laudat per epistolam a Nicolao scriba ferendam opus illius de titulis et auctoribus psalmorum, cod. Vatic. Urbin. 586, cuius praegustationem sibi miserat): *Reddite sunt mihi littere tue humanitatis plenae et amoris summi erga me tui - cui me commendo;* 61 (f. 54ᵛ) *cardinali* (cancellario Angliae, optat se gratum aliquid facturum regi Angliae in actionibus cum pontifice summo): *Dominus Petrus de Ubaldinis ad serenissimum regem superiori anno a me missus retulit - cui me iterum commendo;* 62 (f. 57) *cardinali cuidam* (fortasse Bessarioni, cf. meam commentationem, *Alcune ricerche sulla vita del Bessarione* in ephemeride *Bessarione,* 1897, p. 610-617, et Cinquini, l. cit., II, (1906) p. 218-219, ubi editam hanc epistolam invenies): *Accepi litteras R. d. tuae et lugubrationem - sic certo in posterum;* 63 (f. 58ᵛ) *Fridericus Gallus episcopo aretino*

(Gentili de Bechis, urbinati; laudat eloquentiam, cuperet tractare de pace eo interposito, sed rem difficillimam esse): *Reddite sunt mihi littere dominationis tuae, quae quo insperatiores - causa dominationis tue, cui me etiam atque etiam commendo;* **64** (f. 60ᵛ) *Fridericus dux fratri s. Francisci* (gratias agit pro equo pulcerrimo dono misso): *Accepi litteras uestras, quas ad me misit Stoldus mihi amicus - gratias aget nomine meo;* **65** (f. 61ᵛ) *Soltan Asanbech Han, domino plurimum metuendo* (fortasse Usun Hasan; gratulatur de magnis rebus ab illo gestis per epistolam traditam oratori illius sultani, quem domi exceperat): *Magne fama; pluribus crebisque nuntiis iam totam Italiam inuaserat magnitudo rerum tuarum - Vince feliciter, meque tibi etiam atque etiam commendo;* **66** (f. 62) *dominis florentinis* (Iuliano et Laurentio de Medicis; excusat se non posse eis satisfacere cum sit pontificis et regis neapolitani stipendiarius): *Accepi litteras excellentium dominationum vestrarum et magne quidem fuit et est uoluptati quod ipse fuerint memores mei - ad omnem beneficentiam mihi opportunam;* **67** (f. 63) eisdem (magno dolore affectum esse propter saevam necem Galeatii mediolanensis ducis; ducissae autem Bonae ac filio promittit se non defuturum): *Non absque incredibili dolore et acerbitate - sint memores seruitutis meae;* **68** (f. 63ᵛ) eisdem (laetatur de foedere percusso cum mediolanensi duce et venetorum domino): *Accepi litteras excellentissimarum dominationum v., quibus litteris me certiorem facitis de societate ac federe - quibus me plurimum commendo;* **69** (f. 64) *Petro de Albertis, florentino* (agit gratias pro quodam munere, quod remittit ad eum): *Accepi tuas litteras plenas amoris summi erga me tui - et tibi gratias ago;* **70** (f. 64ᵛ) *legato agriensi* (gratulatur de nuntio, quod est honoris et gloriae serenissimi regis ⟨Hungariae⟩ et omni opera curabit ut fiat compos voti sui et regis): *Reddita mihi fuit epistola dominationis v., que me certiorem facit de his que feliciter gesserit serenissimus rex - bene ualeat dominatio tua, cui me commendo;* (alio atramento): *Urbini XXIIII decembr. 1496* (!); **71** (f. 65ᵛ) *amico suo* (duci veneto, cf. f. 32ᵛ, agit gratias de oratore misso ad exequias Baptistae uxoris): *Illustrissimi etc. Magna profecto, innumerabilia fuere benefitia, quae in me diu illustrissimum dominium vestrum collocauit - trado uoueoque, cuique me etiam atque etiam commendo;* **72** (f. 66) *amico suo* (fortasse Mario Philelpho, Francisci filio; laudat patrem et filium, proponit deferre ei exercitationes, quas tradere solet filio suo Antonio, requirit exemplar Lactantii, quod sibi exaraverat Philippus tabellarius): *Virtus et probitas patris tui facit sane ut is non solum a me sed ab unoquoque sit diligendus - facies enim rem gratissimam;* **73** (f. 67ᵛ) *amico suo* (gratias agit pro litteris missis de expugnatione volaterrana ac de morte uxoris, laetatur eum convaluisse): *Superioribus litteris tuis, ut nuper quoque scribis* (Cinquini, l. cit., 3 (1907), p. 211-212); **74** (f. 67ᵛ) *amico suo* (Nicolao Bendidio(?), cf. Cin-

quini, l. cit., 1, (1905), p. 24; gratias agit pro epist. consolatoria in morte uxoris): *Nulla librorum lectione, nulla rerum experientia* (Cinquini, l. cit., p. 24-25); 75 (f. 68ᵛ) *cancellario Angliae* (Rotherham Ioanni; gratias agit pro epist. illius et regis, de equo et cane dono missis, eorum rem aget apud pontificem intuitu regis, cui inservire semper promptus est, libenter excipiet damas, commendat Stoldum Altoviti, civem florentinum): *Scripsi superioribus diebus per proprium nuntium, per quem - quod erit mihi summopere gratum;* 76 (f. 70) *Prospero Adurno, ianuensi gubernatori ac dominis capitaneis populi ianuensis,* (laetatur prospera significasse, laudat strenuitatem et in patriam caritatem generi eiusdemque filii sui): *Licet pluribus antea nuntiis acceperim magnum conflictum hostibus uestris illatum - quarum me beneplacitis offero;* 77 (f. 71) *D. Antonio* (anglico?); (gratum sibi esse illi obtemperare et utilitatem aliquam afferre): *Fecit erga me maxima humanitas et clementia serenissimi regis - Urbini die XXII augusti 1475;* 78 (f. 72) *Domino Guglielmo* (anglico; gratum se esse serenissimo regi et pollicetur se suaque omnia): *Nunquam dici posset quantopere me deuinci cognoscam benignitati et clementie serenissimi regis - et me dominationi v. commendo;* 79 (f. 73) *amico suo* (Bartholomaeo Scala; modeste laudes detrectat si quid praevidit in expugnatione volaterrana, probat narrationem et orationem eiusdem, gratias agit de epistola consolatoria in morte uxoris): *Si quidam ex te quaerunt cur me ducem felicem appelles* (Cinquini, l. cit., 3, (1907), p. 210-211; 80 (f. 74) *amicis suis* (gratias agit pro cedris et limonibus, laetatur eos bene se habere): *Per Ambrosium Iachinum accepi litteras vestras plenas amoris summi erga me vestri - libenter exequar quam quod libentissime;* 81 (f. 75) *Bartholomaeo Scala* (libenter excipit orationem ab ipso compositam, quam laudat): *Optata reddita est mihi oratio tua* (Cinquini, l. cit., 1, (1905), p. 16); 82 (f. 75ᵛ) *Georgio, fratri regis* (Angliae; offert se ad omnia): *Cum factum sit insigni gratia et benignitate serenissimi regis et domini mei - et illustrissime dominationi v. etiam atque etiam commendo;* 83 (f. 76) *Richardo,* fratri regis (Angliae; desiderat ei inservire in rebus omnibus): *Magna profecto erga me fuit benignitas et munificentia serenissimi regis, qui me tam insigni honore - Urbini XXII augusti;* 84 (f. 77) domino *Henrico* comiti (offert officia apud pontificem et regem neapolitanum): *Etsi dici non posset quantopere deuincar maiestati serenissimi regis ob singularem in me eius liberalitatem - et ego me dominationi v. commendo;* 85 (f. 77ᵛ) *amico suo* (Angelo Decembrio; gratias agit de sibi oblata vita Nicolai Piccinini a Petro Candido fratre, olim scripta): *Petrus Felix scriba meus dedit ad me litteras, quas mihi scribis - quam pro quibus libentissime. Beneuale, ex castris contra v.;* 86 (f. 78ᵛ *amico suo* (legum doctori; laudat virtutem et se ei offert): *Reddite sunt mihi ornatissime littere tue; equidem uellem ut mihi*

daretur in amicos ea beneficentia uti posse - beneuolentia coniuncto, beneuale; 87 (f. 78ʳ) *Cristopharo Landino* (laudat eius disputationes camaldulenses ob doctrinam et collocutores sibi amantissimos, eas leget quotidie libentissime, (cod. Vatic. Urbin. 508): *Delectaverunt me mirum in modum camaldulenses disputationes - usquequaque accedere posse;* 88 (f. 79ʳ) *dominis florentinis* (eadem, quae supra f. 60ʳ); 89 (f. 80) *amico suo* (benevole excipit scripsisse de animi propensione doctoris siculi, Andreae Barbazza, ei sese offert et officium promittit): *Accepimus litteras tuas, quibus nos certiores reddis - collateralis esse potestatis Callii* (ed. Carini in *Archivio stor. siciliano,* 22, (1897), p. 495); 90 (ibid.) *amico suo* (laetatur laudari a laudato viro, qui bene de se praedicat etiam apud reges et alios principes viros, gratias habet): *Gratissime mihi fuerunt littere tuae, quibus amorem erga me tuum facile cognoui - in te beneuolentia postulat. Vale;* 91 (f. 81) *amico suo* (Iacobo Poggio, gratias agit pro oblato opere patris de Historia florentina, (cod. Vatic. Urbin. 491), eosque laudat): *Accepi litteras tuas et opus, quod misisti nomini meo inscriptum - magnas ago gratias. Beneuale;* 92 (f. 81ʳ) *Donato Acciaioli* (invitat ad expositionem politicorum Aristotelis et laudat eius praestantissimam doctrinam in expositione Ethicorum, quam libentissime legerat): *Scripseram superioribus diebus ad Vespasianum Philippi ut si quem doctum uirum Florentie reperiret - tuis elegantissimis libris liceat frui* (Zannoni, *L'impresa di Rimini,* in *Atti d. Acc. d. Lincei,* V, *Rendiconti,* 1896, p. 207-208); 93 (f. 82ʳ) *Naldo* ⟨de Naldis⟩ florentino (gratias agit pro opere de volaterrano bello et laudat carmen, cod. Vatic. Urbin. 373): *Misisti ad me opus quod eleganti versu edideras - tibi gratias ago;* 94 (f. 83) *amico suo* (Petro Acciaioli, laudat et gratulatur de opere sibi oblato de bello ariminensi (cod. Vatic. Urbin. 883) et ei pollicetur omnia, quae eius usui esse poterint): *Accepi epistolam tuam, quae quante mihi fuerit uoluptati - offero animo libentissimo - Beneuale* (Zannoni, l. cit., p. 212); 95 (f. 84) *Francisco de Giohanbeccariis* (Zambeccari; laudat, gratias agit de codd. graecis sibi missis): *Accepi litteras tuas que mihi fuere iocunditati - ita de me loquitur et sentit. Vale;* 96 (f. 84ʳ) *amico suo* (gratias agit quod Apollonii opus sibi procuraverit, in cuius lectione magnam de auctore et scholiasta opinionem concepit; respicit fortasse cod. Vatic. Urbin. gr. 146): *Legi partem Apollonii nostri a me tantopere desiderati - gratias ago. Bene uale;* 97 (ibid.) *Galeotto* (Martio) *narniensi* (gratias agit pro oblato libro de homine et de illius defensione, cuius exemplar alterum iam antea sibi comparaverat; dissuadet a scribenda invectiva in Marium Philelphum; et ut se commendet regi reginaeque Hungariae): *Attulit ad me nuntius tuus epistolam, que mihi gratissima fuit - serenissime regine eius consorti;* 98 (f. 85ʳ) *ser Antonutio eugubino* (in marg. vero: *Antonio Nar.);* (gratias agit pro binis litteris italice et

latine scriptis et eius obscurum augurium quoddam optat ut aliis litteris declaret): *Binas a te accepi litteras, quarum altere fuerunt latino, altere vulgari sermone edite - uel aliorum oppinio. Beneuale;* 99 (f. 86) *amico suo* (Porcellio Pandoni; laudat eius scripta e quibus immortalitatem sperat, accusat Perantonii negligentiam in mittendis commentariis ad poetam, in posterum sperat alia oblaturum celebranda): *Per Lutium filium tuum* (Cinquini, l. cit., an. 3, (1907), p. 198); 100 (f. 87) *Donato Acciaioli* (gratias agit pro acceptis commentariis politicorum Aristotelis (cod. Vatic. Urbin. 197), omni doctrina refertis, gratissimum se fore spondet): *Per Ioannem Franciscum nuntium tuum accepi comentum - quam maxime opto* (Zannoni, l. cit., p. 210); 101 (f. 88) *Alberto* (de Vettes), episcopo vesprimensi (in ms. *Desprinensi!) et Ioanni thesaurario, oratoribus regis Hungariae* (petit certiorem esse factum de eorum valetudine ac de gestis regis): *Non possum non moueri desiderio non mediocri - salutem dicet plurimam nepoti suo amantissimo meo;* 102 (f. 88ᵛ) Formula ad creandos nobiles ab imperatore: *Ab imperiali culmine radiantibus nostrae insignis prosapiae - et nostri soliti sigilli appensione muniri.*

F. I. Argumenta epistolarum manu coaeva, parum accurate. F. IIIᵛ. Index equitum Garterii ordinis. Tituli et initiales rubra. F. IIIʳ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1199. Saec. XVI in., membran., mm. 250×169, ff. II. 44.

Columbini Archangeli Mychaelis *philosophi, iuris utriusque professoris, de s. Archangelo in Vado urbinate ad Iulium II, pont. max., libellus de roboris excellentia.* Inc. *A robore Romulus, ab Romulo Roma, ergo a robore dicitur Roma, nunc a robore recta et corroborata.* Des. *Vita vitam dabit in regno coelorum per infinita saecula saeculorum* etc.; praeit auctoris praefatio: *Ioannes Maria Bologninus, beatissime pater, vestrae sanctitatis fidelis affinis, puer quidem indole bona - discipuli praeceptorisque non immemor.*

Omnes initiales minores aureae, tituli litteris aureis caeruleisque alternis lineis; initiales maximae duae truncis quercus efformatae, e quibus surgunt rami glandibus aureis et frondibus viridibus deauratis distincti. Folii 1 quatuor margines florum fructuumque sertis ac duobus arietum capitibus ornati sunt. In f. 3 in campo aureo flores, glandes, lapides pretiosi, aves rostris glandes ferentes; in marg. inferiore tessera gentilicia Iulii II; in superiore IHS. MARIA N̈ (mater, cf. f. 37). Insuper codex exhibet multas tabellas nativa arte pictas ad opus illustrandum. 1 (in f. 4ᵛ) visio Nabuchodonosor regis (Dan. cap. IV) i. e. arbor glandibus onusta, volucribus eas pascentibus, cuius radices centrum terrae pertingunt, ad eius umbram homines et bestiae. 2 (f. 10). Dea fortitudo, i. e. puella robori arbori applicita dextera columnam, sinistra ramum roboris ferens. 3 (f. 19). Robur quod primum post diluvium floruit et homines ac bestias aluit. 4 (f. 28ᵛ). Robur e cuius glandibus exeunt vermes, muscae, araneae, quia ex horum vario genere varia vaticinia accipi solebant. 5 (f. 29ᵛ). Sacerdos druidicus alba veste indutus scala ascendens ex robore demit viscum, quod puer albatus alio adstante excipit canistro; infra altare ac duo boves ad sacrificium parati. 6 (f. 30ᵛ). Sacerdos imponit coronam capiti regis *Abimelech,* sinistra adstant

viri Sichem, dextera puer sacerdotis (Iud. IX, 6). 7 (f. 31). Absalom robori suspensus ac milites quatuor spectaculo territi. 8 (f. 31ᵛ). Ad radices roboris sinistra sedet angelus Domini, dextera Gedeon depositis azimis haedum fert in canistro (Iudicum VI). 9 (f. 35). Saul sinistra stans ad robur Thabor, dextera viri ferentes haedos, panes et vinum ad sacrificium (Reg. I, X). 10 (f. 37). Altare ad radices roboris, super altari impositus liber in quo: IESVS MARIA MATER. 11 (f. 38). Puer falce metens filicem, in qua picta figura roboris. In margine inferiore folii 42 tessera gentilicia, infra capreolus erectus ferens armo ramum quercus, sursum tres quercus rami. Ff. I. II. 42ᵛ. 43. 44 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1200 (olim 1286, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 208×138, ff. II. 178.

Martini Philethici *iocundissimae disputationes illustrissimae dominae Baptistae Sfortiae cum Constantio fratre apud Martinum Philelicum habitae.* Libri I-III. Liber I (f. 3) inc. *Baptista: Quantopere me oblectant humanitatis studia, praeceptor optime, potes existimare ob res plurimas.* Des. *uir ille uere rhomanus cenare solebat;* lib. II (f. 65ᵛ): *Hodiernus dies alteram nobis pariet disputationem - cras equidem uos expectabo;* liber III (f. 107ᵛ): *Xenophon regis legatus heri nobis intercepit iocundissimum sermonem - Phileticus: Me tibi commendo. Vale. Finit dialogus M. Philetici,* praeit (f. 1) auctoris dedicatio: *Iocundissimae disputationes... quas ipse Phileticus litteris mandauit et ad cl. principem Octavianum Vbaldinum misit, quem sic alloquitur hoc prooemio: Quantum litteris debeamus, Octaviane princeps, etsi antea persepe recognouerim - te vehementer etiam atque etiam obsecro.* (Summaria et nonnulla specimina dedit Pecci, *Degli Umanisti nel Lazio* in *Archivio d. soc. rom. di Storia patria,* XIII (1890), p. 479 sqq.).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 625 signatur, titulos librorum praefert aureos, lemmata et interlocutorum nomina litt. rubris, initiales maximas aureas lineis coloribusque decoratas. Folii 1 quatuor margines septi sunt intextis ramis, lineis aureis coloribusque; in margine inferiore in corona laurea parva tessera fridericiana una aquila praedita. Ff. I. II. 176ᵛ-178 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1201 (olim 18, cf. f. I). Saec. XV-XVI, chart., mm. 206×136, ff. I. 42.

Timothei ⟨**Maffei**⟩, *canonici reg. lateranensis, in sanctam rusticitatem litteras impugnantem* (ad Nicolaum V, pont. max.) libri I-II; liber I (f. 2) inc. *Seculo ualedicens cum hoc Hylario meo tuoque pariter, Paule pater, ut quietus beatiusque mortalem hanc uitam duceremus;* des. *sic faciemus tuaeque uoluntati morem geremus;* (f. 17) lib. II inc. *Dici non posset quam sim hodierna tua disputatione delectatus;* des. *Filij ite ut foelices sancte uiuatis, ut sancte moriamini;* praeit (f. 1) prologus ad Nicolaum V, pont. max.: *Nonnullos saepe religiosos, beatissime pater, iure reprehendendos existimaui - iam ipsos loquentes audies.* (De auctore cf. Maffei, *Verona illustrata,* II, Verona 1731, col. 86 sqq.,

ibi coll. 88-89 prologus tantum editus est nec non numisma cum auctoris effigie).

Tituli, lemmata et collocutorum nomina colore rubro pallescente, initiales et stemma in margine f. 1 vix adumbrata. Ff. I membran. et 39ᵛ-42 vacua; in ultima pagina sententiae tres de morte, excerptae e Statio et Iuvenali.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1202. Saec. XV, membran., mm. 203×133, ff. II. 32.

Blasii Liscii, volaterrani, libellus de direptione suae patriae ad Fredericum, comitem Montis Feretri. (Ex hoc codice ed. Frati, *Il sacco di Volterra nel 1472,* Bologna 1886, *Scelta di Curiosità letterarie inedite o rare... dispensa* 214, p. 115-154).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 421 signatur, titulos ac lemmata praefert rubra, initialem maximam auream, in media initiali caput, ut videtur, *Friderici,* Urbini ducis; folii 1 tres margines ornati sunt floribus, aquila et cuniculo; in parte inferiore in corona laurea tesseram gentiliciam Friderici ducis duabus aquilis praeditam sustinet aquila nigra, e cuius unguibus catena ligatus leo trahitur.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1203. Saec. XV, chart., sed ff. 1. II. 75. 76 membran., mm. 226×153, ff. VIII. 76.

Epulario (seu de epulis conficiendis). *Capitolo primo, di ogni carne* inc. (f. 1) *Per dare ad intendere qual carne si debba fare arrosto e quale lessa.* Cap. ultimum: *per far pastelli uolatini* des. *a modo di torta componendo le cose et adaptandole in maniera che le passino bene;* praeeit ff. III-VIII index capitulorum.

Tituli rubri. In f. Iᵛ: *per la febre fredda terzana o continua piglia l'olio di lauorino,* in ff. II. 73ᵛ-74-76 calami probationes et possessorum nomina familiae Silvani idest *Amati, Octaviani, Francisci, Giovanni,* et f. 74 *Tisbeni, Titii* epistolae binae italicae an. 1592. *Castridurantis.* Ff. 71ᵛ. 72. 73ʳ. 75. 76ᵛ vacua. In f. 76ʳ: *Hic liber est Amati Siluanii, cui ineunte aetate semper sum deditus.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1204 (olim 1342, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 279×205, ff. IV. 111.

1 (f. 1). **Ducci Lorenzo** *trattato dell'amicitia.* Cap. I, *Origine degli amori e prima dell'amor proprio,* inc. *Volendo noi trattare dell'amicitia e con methodo lodeuole considerare quali siano le sue cause.* Cap. XXXVIII, ultimum, *se la elettione o la fortuna siano la causa delle amicitie,* abrumpitur: *onde ne segua la congiunzione in uincolo di amicitia. Diciamo dunque così.* (Opus imperfectum et autographum); sequitur (f. 66) prior adumbratio eiusdem operis eadem manu.

2 (f. 97ᵛ). **Susech,** *antiquo cortegiano, memoria felicissima dell'illm̃o signor duca Federico et della sua famiglia che tenea.*

3 (f. 107). Eadem, *più copiosa,* alia manu. (Ambas ed. Zannoni, una cum commentatione, *I due libri della Martiados di Giov. Mario Filelfo, Atti d. Accad. d. Lincei, Rendiconti, ser. V,* III (1894), p. 666-671).

Codex tribus manibus scriptus nulla exhibet ornamenta. Ff. I-IV. 60-65. 96. 97ʳ. 104ᵛ. 106. 111ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1205. An. 1493, (cf. f. 29ᵛ), chart. sed ff. I. 30. 31 membran., mm. 302×195, ff. I. 31.

Ioannis Sabadini de Arientis *Atheonia, facecia, occorsa nel palazzo del principe Bentivoglio,* dedicata: *principi domino Francisco de Gonzagha, mantuanorum marchioni.* Inc. *Vorei secundo el mio desiderio, magnanimo principe, hauere più degno subietto che questo, quale hora scriuere me induce.* Des. *Incominciando questo estuante giorno, uinte et tri de iulio in li anni dela salute MCCCC°LXXXXIII.* (Latuit haec fabella U. Dallari, *Della vita e degli scritti di Giov. Sabadino degli Arienti* in *Atti e Memorie della r. Deputazione di St. patria per le provincie di Romagna,* Bologna, 1888, p. 178 sqq.).

Tituli rubri, initiales tum caeruleae tum rubrae, initialis maxima lineis aureis, coloribus gemmisque decorata est. F. I. vacuum, in f. 30ᵛ: *Hic liber est mei Peregrini de la Rocha;* sequuntur subscriptiones aliorum possessorum *Francisci, Bartolomaei de la dita Rocha* et calami probationes.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1206 (olim 1358, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, XVI et XVII, chart., mm. 300×202 et 210, ff. 1-153.

Quaestiones litterariae, carmina et pasquilli.

1 (f. 1). **Speroni Sperone** *apologia dei dialoghi,* p. I. *(Opere,* Venezia, 1740, 1, p. 266-295).

2 (f. 20). **Matthaei Ronto** (fratris ord. olivetani) *laus noua ad honorem virginis Mariae, constructa versu sapphico in gratiae demonstrationem.* Inc. *O Dei salue genitrix beata.* - Des. *Te salutamus genibusque flexis.* (De auctore cf. Grillnberger, *Matteo Ronto* in *Studien und Mittheil. aus dem benedictiner und dem circestienser Orden,* XII (1891), p. 17-28, 314-321).

3 (f. 22). *Arciconsolo ed accademici della Crusca lettera al sig. Curzio Picchena sopra l'anticrusca di Paolo Beni.* Inc. *Tutti i fondamenti che nella scrittura dataci da v. s. mostra d'auere il Beni contro all'Accademia della Crusca.* Des. *24 di gennaro 1614.* (De hac epist. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, p. II, p. 846).

4 (f. 26). ⟨Beni Pauli⟩ *difesa del Cavalcanti.* Inc. *Nel Cavalcanti non ui è una minima parola, che possa offendere la fede.* Des. *restringendosi sempre nel resto nella disputa della lingua.*

5. **Riccerii Mutii,** camertis, [1] (f. 31) *in b. Raymundum a Clemente VIII caelitem declaratum* (poemation versu heroico): *Carminibus, Raymunde, sacrae solemnia pompae - Da fluuios, Raymunde, diu gustare salubres;* [2] (f. 36) *ad illustrissimum ac rev. d. Bernardinum Paulinum, Clementis VIII datarium* (hexametri 1-20): *En tibi, musarum columen, Pauline, mearum - Inuenient, tuaque aeternos fama exiget annos;* [3] (f. 37) *In sacram b. Magni effigiem* (poemation versu heroico): *Quisque tuam, Magne, effigiem, tua quisque tuetur - Durabit domus et Petri solia alta manebunt;* subnectitur imprimatur magistri s. Palatii; praeit (f. 30) **Cobellutii Scipionis** *epistola Caesari Baronio* (in qua eum hortatur ut excipiat dedicationem carminum poetae Riccerii): *Veterum piorum ingenia quemadmodum a poemate non abhorruerunt - uel semel ne spernas. Vale VII Kal. Octobris* (sine an.).

6. Pasquilli latine et italice in pontificem Paulum IIII et cardinales. [1] (f. 46). *Dialogo. Marforio a Pasquino* (sonetum caudatum): *Dimmi Pasquino è vero ch'l papa è morto?* [2] (f. 46v). *Maestro Pasquino a sancto Pietro* (pro Conclavi; sonetum caudatum): *Destati o Galileo, or che la morte - Che quanto io tho detto già non è sogno.* [3] (f. 48). *Ad augustissimum senatum cardinalium* (ante conclave, hexametri): *Purpurei patres, sanctum et uenerabile mundo - par designetur honori.* [4] (f. 48v). *Maestro Pasquino al card. d'Urbino* (sonetum caudatum): *A uoi reuerendissimo d'Urbino.* [5] (f. 49). *Marforio a Pasquino* (sonetum caudatum): *A che siam Pasquino, che ce di nuouo?* [6] (f. 50) *epitaphium Pauli III pont. max.* (epigramma): *Discite mortales fluxa ne sit gloria mundi - mors noua uita fuit.* [7] (f. 50v). ⟨*Pasquinus*⟩ in card. Farnesium hendecasyllabi 1-12⟩: *Farnesi inepte, tu ne trades Romuli - Farnesiorum at excitabunt fulmina.* [8] (ibid.). *Il cardinale di Ferrara al Re* (regi Franciae sonetum caudatum): *Che debbo far monsieur, che mi consigli?* [9] (f. 51v). *R̃mi cardinali alla morte di Paulo III;* distinguntur in *Ecclesiastici VIII - Imperiali 13, Francesi 20 - Farnesiani 13.* [10] (f. 52). In Paulum IIII (ogdoades 1-7): *Per debolezza più non potea 'l tristo - partì dal mondo il carafesco seme.* [11] (f. 53). *Al card. Alessandrino* (soneta caudata 1-2): *Alessandria maestro Daniele - Io non so che trouaua il papa pazzo.* [12] (f. 53v). ⟨In Paulum IIII, son. caud.⟩: *Nelle scomesse si uendè Ariano.* [13] (f. 54). ⟨In eundem, son.⟩: *Qui l'hippocrito giace altiero e tristo.* [14] (ibid.). ⟨In eundem, son. caud.⟩: *L'opprobrio di natura, e 'l uitupero;* [15] (f. 54). In card. Carolum Carrafa, son. caud.⟩: *Questo anatemizato e maledetto.* [16] (ibid.). ⟨Aliud in eundem⟩: *Alma felice e gloriosa Roma;* [17] (f. 55v). ⟨Aliud in eundem⟩: *Chi uolesse dipingere il furore.*

7 (f. 56). *Epistola di dogna* (!) *Marpia Morso a d. Alessandro Platamone, baron del Coto, suo marito* (poemation lamentabile versibus solutis): *Così seuero e rigido è il decreto / Ch' en quest' orribil carcere mi chiude - D'ogni mio bene il fortunato nembo.*

8 (f. 70). <Saec. XV. *Formularia paenitentieriae apostolicae sub card. paenitentiario Dominico Capranica.* 1449-1458>. I: *De contrahentibus super impedimento publice honestatis: Venerabili in Christo patri Dei gratia episcopo viterbiensi vel eius vicario in spiritualibus. Dominicus miseratione diuina tituli sancte crucis.* Ultimum: *De heresi pro layco.*

9 (f. 86). Saec. XVI-XVII. *Rediviva Eleonora Concina, seu mareschaldus de Ancre et Eleonora uxor a senatus parisiensis manifestissima calumnia vindicati;* (f. 87) inc. *Nimium saepe quam uellent boni omnes una Gallia, caetero christiano orbe inspectante, tragici sceleris edit dirissima exempla.* Des. *ubi credideram tutiorem futuram;* praeit monitum ad lectorem: *Stylum in profligatissimos iudices...* et sequitur in fine (f. 122v) epilogus in iudices gallos: *Habetis iam paratum uobis ab Archiloco, nescio quo, lycambaeum laqueum - satius multò esse uitae ferme pudorem, quam mori.*

10 (f. 126). *Principio e cause della guerra di Fiandra.* (Ed. Brom in *Archivalia in Italie,* S. Gravenhage, 1911, p. 249-260).

11 (f. 140). <Oratio in impositione galeri rubri Iulio della Rovere, cardinali electo>. Inc. *Cum nuper revm̃us atque illustrissimus Piceni legatus partes suas huius actionis mihi imponeret.* Des. *de mandato sanctissimi domini nostri galerum rubrum sacrosancto eius capiti imponito.*

12 (f. 142). <De compositione et virtutibus resinae, quam vocant, Sacamachia, olei ex ambra et balsami>. Inc. *Portano ancora di noua Spagna un'altra sorte di gomma o resina, che gl'indiani la chiamano Sacamachia.* Des. *è caldo et secco in secundo grado.*

13 (f. 146). <De ratione tractandae reipublicae, sermo academicus ex variis auctorum sententiis>. Inc. *Non sono io così temerario o stolto che in questo nobilissimo teatro di uirtuosissimi ingegni.* Des. *porterà eternamente scolpita la memoria della mia eterna obligazione.* Sequuntur alia manu sententiae 1-2: *Sis pius in primis - quam aliis cives.*

Codex e variis libellis variis manibus scriptus compositus est. Ff. 19v. 20v. 21. 25. 27v. 28. 42v. 43-45. 67-69v. 123-125. 139. 145. 153v vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVIII.

1207 (olim 1340, cf. f. 1). Saec. XV, chart., mm. 299×215, ff. II. 182.

Caroli Marsuppini, Leonardi Bruni et Laurentii Valla opera.

1 (f. 1). **Caroli <Marsuppini>**, *aretini, ad Cosmum et Laurentium de Medicis, viros clarissimos, de piae matris obitu consolatio.* Inc. *Super* (! pro

Nuper), *viri mihi amicissimi, quom in matris vestrae sanctissimae.* Des. *Valete, uiri praestantissimi ac iterum bene ualetc.* (Videtur inedita, cf. Bandini, Biblioth. laur. 2, col. 616).

2 (f. 24). Λεονάρδου ἀρρετίνου πολιτεία τῶν φλορεντίνων. Inc. Ἐπειδὴ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι τὴν πολιτείαν τῆς ἡμετέρας πόλεως. Des. τὸ σχῆμα ἐν ᾧ νύν ἐστιν ἡ πολιτεία καθέστη. (De rara huius opusculi ed. loquitur Moreni, *Bibliografia stor. ragionata della Toscana,* Firenze 1805, p. 177).

3 Laurentii Valla [1] (f. 27ᵛ) apologia ad Eugenium IV. (Opp. Basileae 1540, p. 795-800). [2] (f. 42ᵛ). Dialecticarum disputationum (in ms. *Repastinatio dialecticae philosophiae)* libri I-III. Lib. I inc. *Tria sunt, quibus res omnes comprehenduntur, elementa, et ut nunc loquimur, praedicamenta.* Lib. III des. *sed illo etiam piissimo cruore sancitur atque consecratur;* praeeunt [3] (f. 39ᵛ) prologus seu elegia: *Antiqua docti quid tum si discere nolint.* (Zannoni in *Atti d. r. Accad. d. Lincei. Rendiconti* 1890, 2. *sem.,* p. 368); [b] (f. 40) prohemium libri I: *Pithagoras ille quondam a quo et praestantissimis moribus - quae multiplex est continetur.* (Opus fusius diffunditur quam ed. in Opp., Basileae, p. 645-761). Sequitur (f. 172) epistola ad Alfonsum regem. (Opp., p. 438-444, sed in ms. additur nota: *1444).*

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 596 signatur, titulos, initiales ac lemmata praefert rubra, initialem maximam intextis fruticum ramis coloribusque decoratam. Ff. I. II. 180-182 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1208. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 270×184, ff. 1-34.

1 (f. 1). *Dichiarazione d'un luogo oscuro di Plinio al serenissimo sig. duca d'Urbino* (Francisco Mªᵉ II). F. 3 inc. *Che cosa voglia intendere Plinio quando nel settimo libro della sua historia al cap. 50 dice* « atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori »: *Sicurissimo è il luogo et per conseguenza sarà negotio molto difficile il ritrouare un'interpretazione.* Des. *riserbando però sempre il luogo a migliore interprete.*

2 (f. 9). *Delle lucerne de sepolchri antichi. E prima del fine di questa cerimonia. Poi dell'eternità del lume. Al serenissimo signore il sig. duca d'Urbino* (Francisco Mªᵉ II). Inc. *Pare che appunto nelle cose più uietate et ascose. il nostro desiderio ci porti, et quindi nasce che lasciato da parte il pensiero di tanti oggetti, che nella superficie della terra ci offerisce natura.* Des. *Resta dunque che in ogni caso la mia conclusione sia la uera.*

Ff. 1ᵛ. 2ᵛ. 34ᵛ vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1209. Saec. XV, membran., mm. 218×142, ff. 1-44.

1 (f. 1). *Rosarium odor vitae* (seu de septem virtutibus, sunt sententiae de septem virtutibus cum explanationibus italica lingua). Inc. « Virtus » *Dextera Domini fecit uirtutem, cioè la mano dericta de Dio fo quella che fe la uirtù.* Des. *le quale uirtù cusi ornano lomo, como le stelle ornano il celo. Rosarij odoris uitae libellus iste explicit. Deo gratias. Amen;* praeit (ibid.) prologus: *I nostri sauij antichi uolsero che per due principale uie podessemo racquistare il sommo bene - del psalmista che dice.*

2 (f. 26ᵛ). ⟨De cibis ex fructibus, herbis, animalibus relate ad sanitatem, et de aliis praeceptis sanitatis, ternariis strophis italicis⟩. Inc. *Le fiche fresche si sonno calde molto / Emfiano il corpo.* Des. *Delli garoffoli: Celebro e memoria si reforza, amen. YHS.*

Initiales tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt.
In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1210. 1211. 1212. 1213, saec. XVI ex., chart.

Duccii Laurentii exercitationum litterariarum libri I-IV.

1210 (olim 1344, cf. f. IV). An. 1591 (cf. ibid.), mm. 300×202, ff. VI. 214.

Tom. I.

F. 1. Cap. I. *De rhetorica et oratoria facultate* inc. *Qui rhetoricam ab oratoria non distingunt manifesto in errore sunt; docet enim rhetorica instrumentum persuasionis efficere non autem efficit.* Ultimum caput: *De principio intellectivo* des. *nam si alibi fierent et postea in intellectum inducerentur iam essent alibi praeter quam in intellectu.* (Opus est autographum sed imperfectum ut vix tentamen operis diceres; omnia in eo sunt commixta et confusa; a rhetorica autem transit ad metaphysicam, ad cosmographiam etc.); praemittitur in f. V epistola *Santinelli Alexandri ad Io. Baptistam Fatio,* secretarium Francisci II, Urbini ducis, in qua iudicium de hoc opere: *Hauendo uisto, conforme all'ordine che v. s. mi diede, l'opere del Ducci - Urbino 10 Dec. 1605.*

Ff. I-IV. VI. 209-214 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocentii XII et Hieronymi Casanate, card. bibliothecarii.

1211 (olim 1343, cf. f. I). An. 1593, cf. ibid.), mm. 298×211, ff. I. 190.

Tom. II.

F. 1. ⟨De theologia et philosophia morali⟩. Cap. I. *De necessitate sacrae Theologiae* inc. *Est disciplina quaedam inter Christianos, quae Theologia uocatur, hanc sic ab ea, quam a ueteribus philosophis traditam*

habemus, distingunt. Cap. XXVI, *Diuisio liberalitatis* des. *quot igitur sunt bonorum genera, quae aliis communicare possumus?*

Codex autographus. Ff. I. 188-190 vacua.
Tesserae gentiliciae uti in codice superiore.

1212, mm. 308×211, ff. I. 235.

Tom. III.

F. 1. *De principatu.* Cap. I. *Definitio civitatis* inc. *Qui de principatu locuturus est de ciuitate uerba faciat necesse est. Nam principatus est ea ciuitatis pars quae imperat.* Cap. CLXXXV: *Utrum magistratus sint subiecti legibus* des. *tum quoad ipsius magistratus munus, quod illi a principe praescribitur, quemadmodum declarauimus. Reliqua sunt in quarto volumine.*

Codex autographus. Ff. I. 147ᵛ vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii X et Mariani Rampolla, card. bibliothecarii.

1213 (olim 1357, cf. f. 1). An. 1598, cf. f. 38, mm. 305×207, ff. 1-202.

Tom. IV.

F. 39. Cap. CLXXXVI. *De subiecto muneris magistratuum* inc. *Subiectum uel materia circa quam uersatur, in genere quidem facile intelligi potest ex iis quae dicta sunt* Caput CCCIV. *Quibus rationibus tollatur haec tyrannis* des. *silentio potius peragit quam consultationibus.*

Codex autographus. Ff. 1-37, plurima folia interpolata et 185ᵛ-202 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae uti in cod. superiore.

1214 (olim 1035, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 281×195, ff. I. 138.

Macrobii (Ambrosii) Theodosii, viri illustrissimi, saturnaliorum libri I-VII; in f. 136 suppletum, quod scriba transegerat in f. 125, i. e. pars capitis X libri VII.

Codex, qui convenit n. 571 veteris indicis urbin., titulum primum, initiales maiores ac minores praefert rubra; initiales maximas autem aureas, praeter primam, intextis ramis coloribusque decoratas; initialis prima est viridis coloris auro perfusa, floribus fructibusque decorata. In f. 1ᵛ corona laurea auro, coloribus fructibusque circumornata, in media corona titulus operis alternis litteris rubris et caeruleis. Folii 2 tres margines ornati sunt intextis ramis cum fructibus, auro, avibus, insigni fridericiano (*ventosa*) in parte superiore ac tessera gentilicia quatuor aquilis praedita F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩. Ff. I. 1ᵛ. 137. 138 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1215. Saec. XVI, chart., mm. 284×203; in duos tomos divisus, tom. I. ff. 1-203; tom. II. ff. 204-410.

Buccaferri ⟨**Ludovici** parationes ad opus conscribendum, seu schedulae ad parandum commentarium in libros politicorum Aristotelis, libri I-VIII⟩.

Lib. I inc.: *Omnis scientia, quae actione et operatione perficitur, diuiditur in duas partes.* Lib. VIII des. *ut loco, tempori et persone congruant. Finis;* sequuntur (f. 344) eiusdem operis prima libamina, seu schedulae rariores ad parandos libros I. II. et VII. Incipiunt: *Omnes humane societates respiciunt aliquod bonum, et consentaneum est ut credamus eam societatem que principalissima est querere principalissimum bonum.* Desinunt: *nature rerum quam speculando colligimus.*

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii X et Mariani Rampolla, card. bibliothecarii.

1216. Saec. XVI, chart., mm 283×203, ff. 1-110.

Leonardi Giov. Iacomo, *conte di Monte l'abbate, il cavaliere,* libri I-III (dialogi). Lib. I (f. 1) inc. *Volendo dar principio è necessario sapere di quale sorte guerra uolete che parli* « Il sig. Giouanni ». *Adunque sono più guerre.* des. *il sig. duca risponderà a quelle parte che gli parerà;* lib. II (f. 34) inc. « Il sig. duca » *Siccome Temistocle per la memoria delle uirtù di Milciade non potendo dormire,* des. *si torni domani a formar il caualliero, et dargli quelle parti, che gli sono state promesse;* lib. III (f. 73ᵛ) inc. « Il sig. duca » *Considerato le parole de Trismegisto, il quale diceua l'homo essere un miracolo,* des. *che per la donna, che sta al gouerno di casa.*

F. 110 vacuum.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1217 (olim 124, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 270×194, ff. 1-65.

Thesaei Pini, *urbinatis, speculum de cerretanis,* seu de *ceretanorum origine eorumque fallaciis ad reverendissimum dominum Hieronymum Santutium, urbinatem, Forosempronij episcopum ac ducatus vicelegatum.* Inc. *Quoniam R. P. omnia discere licet propter scire, ut boni probique homines ab improborum deceptionibus et hipochrisi se tueri ualeant.* Des. *recognoscentes fallatias suas in hoc resipiscant et conuertantur, uel cogniti minus laedant;* subiungitur (f. 58ᵛ-64) index verborum, quibus circulatores utuntur ut aliis se celent una cum eorum explanationibus, inc. *Lucapelluto* idest *episcopus / Luoisciulco* idest *Vicarius,* des. *Chiolfo* idest *Arosto.*

Ff. 1ᵛ. 64ᵛ. 65 vacua.
Contectus simplici membrana saec. XVI-XVII.

1218 (olim 1329, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 260×193, ff. 1-214.

Fontei Primionis Baptistae *de risu, quod risus sit virtus. Dialogus, Colloquentes* « *Michaelius - Camutius - Venantius* (immo Verantius) ». Inc. (f. 1ᵛ): *Auditione accepi iam inde a principio cum edicta Kalendis sextilibus Pannoniae comitia Caesar urgeret antequam ad ea descenderetur apud*

uirum clarissimum Michaelium Frangipane, venetae reipublicae legatum. Des. « *Michael* »; *Et ipse etiam nocte hac nihil aliud quam risus somnians nominabo.*

Ff. 213ᵛ. 214 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1219 (olim 72, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 265×200, ff. III. 273.

Gozzii Nicolai Viti *maioris, patritii reip. ragusinae, ex accademia insensatorum, commentaria in primum librum artis rhetoricorum* Aristotelis. Inc. (f. 1) cap. I « *Quam ob causam rhetorica dialecticae sit affinis* ». *Quemadmodum natura humana ex anima et corpore constat, atque ita hae partes inter se coniunguntur.* Cap. XLVIII « *De iureiurando* » des. *Et alios huiusmodi locos ad hanc rem pertinentes accuratus orator omni studio indagabit;* praeit (f. II) auctoris dedicatio Francisco M^ae^ II, Ruverio, Urbini duci VI, quae inc. *Qui primum sub lege uixerunt uigueruntque sanctitate conspicui patres non sine diuini numinis afflatu statuerunt* ac des. *Valeat celsitudo tua diutissime, cui Deus perpetuam addat prosperitatem.*

Ff. Iᵛ. III. 273 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1220. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 270×201, ff. III. 23.

Albergati Fabio *degli studij d'un* principe, *instituzione per il principe di Spagna don* Filippo *3°.* Capita I-XIV. Cap. I. *Quanto importino gli studij in un principe,* inc. *Fra le principali cose, che alla uita humana gioueuoli veggiamo, niuna senza dubbio, eccm̃o signore, d'importanza maggiore possiamo ritrouare di quella che ne produce i principi buoni.* Cap. XIIII. *Che gli studij della filosofia morale siano propri del principe,* des. *della diuotion mia uerso di Lei e dell'infinito desiderio che tengo di seruirla.* In f. IIIᵛ: *Tauola dei capitoli.* (Nulla mentio huius opusculi apud Mazzucchelli, *Scrittori* etc.).

Ff. Iᵛ. IIᵛ. IIIʳ. 21-23 vacua.
Contectus simplici membrana saec. XIX.

1221 (olim 1160, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 281×200, ff. II. 133.

1 (f. 2). **Sex. Iulii Frontini** strategematicon (in ms. *de re militari)* libri I-IV.

2 (f. 74). **Flavii Vegetii Renati** epitoma rei militaris, libri I-IV; praeponuntur [1] (f. 68) summarium librorum (ed. Lang, Lipsiae, 1869, p. 1); [2] (ibid.) capitula quatuor librorum, quae suis propriis locis desunt.

Codex, qui convenit n. 428 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, sed primum atque initiales omnes aurea. In f. 1ᵛ septum quadratum aureum corona laurea, floribus fructibusque ornatum, in quo corona, lineis aureis circumornata, cum titulis operum litteris aureis. Folii 2 quatuor margines decorati intextis funiculis caeruleis et rubris, floribus,

fructibus, avibus, tribus insignibus fridericianis (i. e. *hermellina, penicillo* et *ventosa*), corona laurea a pueris aligeris sustentata ac tessera gentilicia, una aquila praedita cum litt. F. C. F. C. Codex pulchra littera scriptus erroribus tamen scatet, uti omnes codices exarati manu Friderici Veterani, cuius scripturam agnoscere mihi videor. Ff. I. II. 1^r. 64^v. 67. 72. 73 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocentii XII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1222. Saec. XV, chart., mm. 204×145, ff. II. 87.

⟨**Gasparini Barzizza**⟩ *de orthographia*. Inc. *Quoniam recta scriptura quam grega* (!) *appellatione ortogrophiam* (!) *dicimus*. Des. *Zoroestes* (!) *proprium nomen. Finis laus Deo*. (De edd. cf. Hain, Repert. bibliograph. I, n. 2680-2681 et Copinger, II, 1, n. 916).

Tituli desunt, initiales rubrae; in f. 87^v notula *Aldrigerii Azudecaria* cuiusdam *an. 1476, die XX aprilis*. Ff. I. II. 86. 87^r vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1223. Saec. XV, chart., mm. 203×142, ff. 1-71.

⟨**Gasparini Barzizza**, cf. Bandini, Biblioth. laurent., 2, col. 422, V⟩ epistolae 1-165, (sed numerantur per errorem 167) ad exercitationem accomodatae. Prima inc. *Gaudeo plurimum ac letor in ea te sententia esse*. - Ultima des. *ego neque pecunia, neque consilio tibi deero, vale*. (Opp. Romae, 1723, p. 220-336).

Initiales lineis rubris distinguntur. F. 59 vacuum relictum ad scribendam responsionem ad epistolam missivam, quae inc. *Semper amicitiam, que ex honestate esset*, quae epist. etiam in ed. (p. 317) deest.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Al. Lambruschini, card. bibliothecarii.

1224 (olim 979. 50, cf. tegumentum). Saec. XVII, (seu rectius an. 1618, cf. f. 6^v), chart., mm. 215×153, ff. 1-106.

Manasangue Io. Antonii, *forosemproniensis, orationes*. 1 (f. 7). *De laudibus iustitiae: Scio quam pronis auribus - beatitudine in coelis fruamur sempiterna* (differt ab alia oratione *de excellentia iustitiae*, ed. Venetiis 1629); praeeunt [1] (f. 1^v) hexastichon graecum, latine versum, ad Franciscum M^{am} II, Urbini ducem, in quo duobus ante annis Friderici principis nativitas praedicta fuerat ab auctore: Ὑψίκομον δένδρον ζηνὸς μεγάλοιο ἄνακτος – θυμὸν ἴαινε λεώς: *Latine ad uerbum: Alticoma arbor Iouis magni regis - animum laetifica popule;* [2] (f. 2) epist. dedicationis harum orationum serenissimo Francisco M^{ae} (II), urbinatium duci: *Postquam e Polonia redieram, dux serenissime, ubi duos amplius annos internuncii apostolici ab epistolis - Urbini, idibus Augusti MDCXIIX*. 2 (f. 19^v) *De religione: Cum duos abhinc menses hoc in loco, oratio - perpetuo quietam, perpetuo suauem ac demum beatam ducere possimus*. 3 (f. 36). *De pietate in patriam: In hunc locum ascendi... de pietate erga patriam ad ani-*

mos uestros praeparandos exordium adhibebo - domi felicitate, foris gloria perpetuo floreatis. 4 (f. 39v). *De pietate in parentes: Aristoteles philosophorum facile princeps ijs libris, quos de moribus conscripsit - ac tandem in coelis aeternum ac beatissimum aget aeuum.* 5 (f. 45). *De observantia in principes: Natura ac moribus comparatum est ut cultu et honore dignentur - tum usque sitis apud principem gratiosi.* 6 (f. 57). *Oratio de gratia: Orationem de gratia memoriter recitandam... mihi tradidit praeceptor meus - quam liberali iudicii uestri testimonio certatim ornastis.* 7 (f. 61). *Oratio de vindicatione: Praeclare, meo quidem iudicio, aiebat Solon... duabus rebus, praemio s. ac poena, urbes incolumes conseruari - hi uero crudeles merito habeantur.* 8 (f. 68v). *De veritate: Diu multumque mihi cogitanti... quidnam potissisimum tractandum susciperem - ea dictis ac factis uere exprimere contendet.* 9 (f. 79). *De amicitia: Si ulla est uirtus, quae mortales ad sui amorem allicere debeat... ea in primis est amicitia - ut usque gloria, opibus honestisque uoluptatibus circumfluatis.* 10 (f. 86). *De liberalitate: Rerum omnium, quae sub oculos cadunt... nihil sole pulchrius - quod uiris bonis probatisque donauimus.* 11 (f. 91). *De fide: Non sum nescius, quosdam esse... qui me nonnulla orationibus meis praecipere uelint - qui fidem syncere atque religiose cultam consequi solent.* 12 (f. 98v). *De prudentia: Statui... pauca de prudentia commemorare, quae omnibus rite atque ordine uiuere uolentibus longe utilissima est - qui prudentia excellitis nimis longum ac minime necessarium fuit exponere.* 13 (f. 101v). *De fortitudine: Cum uita mortalium... variis atque innumeris calamitatibus sit referta - qui numquam priuatis de causis publicam deserit caussam.*

Ff. 105v. 106 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1225. Saec. XVII, chart., mm. 207×140, ff. II. 89.

Basso Simone, *can. b⟨eneventano⟩ e principe dell'accademia dei Risvegliati, apologia per la monarchia di Spagna contro Troiano Boccalino pel serenissimo d'Urbino* (Francisco M^ae^ II. Ed. in Napoli per gli eredi di Tarquinio Longo, 1619; cf. Mazzucchelli, *Scrittori*, vol. 2, p. I, p. 530-531).

Ff. I-II. 1v. 89v vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1226 (olim 1333, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 206×142, ff. I. 79.

Landi Giulio Manfredo (f. 13) *paraphrastica tradottione del dialogo di Luciano, intitolato Tossaro, altramente de amicitia* (ΤΟΞΑΡΙΣ Η ΦΙΛΙΑ, Luciani opp., ed. Iacobitz, Lipsiae 1883, 2, p. 265 sqq.). Inc. *Mnesippo greco, Tossaro scitha: Che dici tu, o Tossaro, sacrificate uoi scithi ad Oreste e a Pilade, e credete uoi che eglino dei siano.* Des. *ho compreso che tu sei homo in*

amicitia degno et excellentissimo; praeit [1] (f. 2) interpretis dedicatio *A la illm̃a signora* L e o n o r a G o n z a g a *de la Rouere, duchessa d'Urbino: Ho già per molto tempo osseruato, illm̃a signora, che tre cose sono, le quali costringono gli huomini a fare opere lodeuoli et degne, che ordinariamente e per se stessi non fariano - et ne la sua buona gratia con ogni humiltà e riuerenza mi racomando;* [2] (f. 7) *p r e f a t i o n e: Penso non sia inutile, illm̃a signora, il scriuere al'eccª vostra alcune auertenze, per le quali ella possa l'intima intentione di Luciano a pieno entendere - in questo suo dialogo ad utilita d'ogni persona con singolare prodenza et somma eleganza descritti.* (Auctor fatetur in dedicatione dialogum italicum fecisse ex latina versione Erasmi, quae prodiit an. 1519).

Ff. I. 1. 78. 79 vacua.
Contectus corio castaneo saec. XVI.

1227. Saec. XVII, chart., mm. 200×135, ff. I. 13.

Sant'Agata ⟨Francesco⟩ *del flusso et reflusso del mare.* Inc. *Come se sa l'acqua è corpo semplice et flussibile, che per se stessa non ha consistenza, nè fermezza.* Des. *Vostra altezza lo pigli per quel che uale, et per trattenimento di villa, et Dio benedetto li sia sempre fauoreuole.*

Ff. Iv vacuum.
Contectus charta spissata saec. XVII.

1228 (olim 1069, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 198×136, ff. I. 19.

1 (f. 1). **Pandolfo Collenuccio** *apologo intitulato spechio di* E s o p o... *Allo illm̃o signor duca* H e r c o l e *di Ferrara. Colocutori: Hercole, Esopo, Plauto, Luciano, il re.* Inc. *Her. Che hai tu Esopo che sei sì turbato in uista; dì ond' uien tu hora.* Des. *Esopo... questa balatina cantarti uoglio... M'a condutto in porto il uento.*

2 (f. 16). **Collenuccio Theodoro** epistola: *Messer* C i p r i a n i *mio, se non hauesse sì presto ateso la promessa fatta - che Dio ui facci sempre saluo e sano. Theodoro Collenutio tutto vostro.*

Epistola eadem manu scripta est, qua codex. Ff. I. 17-19 vacua.
Contectus charta spissata saec. XVI-XVII.

1229. Saec. XVI, chart., mm. 204×141, ff. I. 21.

Corado Ludovici, *mantuani, laudatio romanorum imperatoris* C a r o l i *quinti et* M a r i a e, *Britanniae reginae, ad amplissimum Urbini ducem* G u i d u m U b a l d u m (II, cf. f. 11). Inc. *Vellem hoc in more positum esset consuetudineque maiorum, ut oratores de rebus magnis et admirabilibus in concione dicturi orationum suarum initio Dei optimi maximi auxilium implorarent.*

Des. *similes Mariae reginas resp. christiana diutissime consequatur. Dixi.* (Oratio Pisauri recitata est, uti eruitur ex postremis verbis, f. 20).

Ff. I. 20v. 21 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1230. Saec. XVI ex., chart., mm. 196×135, ff. 1-64.

Ragionamento al sig. card. s. Sisto (Philippo Boncompagni, quomodo gerere se debeat cardinalis nepos). Inc. *Vedendo io, illmo monsignore, in questa gran fortuna nella quale sete hora posto, molti per acquistare la beneuolenza uostra cercano di fornirui di quelle cose, che più a uostri bisogni giudicano necessarie.* Des. *e riuerentemente ui bacio la mano.*

Ff. 1v. 62v-64 vacua.
Contectus charta spissata saec. XVI-XVII.

1231. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 209×136, ff. II. 54.

Orafo da Cremona discorso del gioco di spada. Inc. *Discorso sopra il giocar di spada sola, spada e pugnale, spada e cappa. E prima che cosa è guardia. Guardia al mio giuditio è una cosa doue l'huomo si fa guardar.* Des. *perciò che li bisogna lungo tempo e fatica, cioè giocar con diuerse persone.*

Ff. I. II. 50v-54 vacua.
Contectus charta spissata saec. XVI-XVII.

1232. An. 1569 (cf. f. 3 et alibi), chart., mm. 209×139, ff. I. 53.

F. I. *Intrata de grani* (et leguminum) *delle possessioni della torre Feltresca* (et) *di Montefeltro* (an. 1569). Sunt tantum notulae in ff. 3. 6v. 7v. 8v. 25. 27v. 29v, reliquis foliis vacuis. Inc. f. 3. *A di XX agosto 1569. Illmo et eccmo signore et padron mio singolarissimo. V. eccza illma ha riscosso alle suoe possessioni della Monte Feltro nel presente anno.* - Des. (f. 29v) *Faue, cicerchie et orzo... soma una, in tutto scudi 1.*

Contectus pelle castanei coloris saec. XVI.

1233 (olim 1175, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV ex., (et certe post an. 1482, quo mortuus est Fridericus, dux Urbini), chart., mm. 215×144, ff. III. 19.

Ludovici Odasii, *patavini, oratio habita in funere illustrissimi principis Federici, urbinatium ducis.* Inc. *Si cunctae christianorum prouinciae humano sensu praeditae in presentia loquendi facultatem haberent, proceres oratoresque dignissimi, fortasse condigna oratione optimi ac prestantissimi principis nostri funus exornari potuisset.* Des. *in hunc filium virtutis principatusque paterni successorem pie semper inuiolateque seruabimus.* (De hac oratione

cf. Angelo Pinetti - Ernesto E. Odazio, *L'umanista Lodovico Odasio alla corte dei duchi d'Urbino* in *Archivio stor. Lombardo* (1896), p. 365).

Titulus ac prima initialis rubra. Nomen auctoris atramento est obliteratum. In f. 15 alia manu fortasse coaeva: *Pel conte Ludouico Oddasii.* Ex pluribus lituris etsi non autographus ab auctore tamen codex videtur emendatus. Ff. I. II. 15-19 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1234. An. 1551 (cf. f. 2v), chart., mm. 220×165, ff. I. 25.

Buonpigli Camillo *da Monte Varchi lezione letta da lui nell'accademia fiorentina* (idest commentarium in sonetum Petri Bembi de laudibus Guidubaldi I, Urbini ducis: *Se ne' monti Rifei sempre non pioue*, cf. f. 6). Inc. (f. 3). *Proemio: Di tutte quante le cose che sono dalla luna in giù, le quali sono composte di materia.* Des. *almeno al debito mio;* praeit (f. 1) auctoris epist. dedicationis Guidubaldo II, Urbini duci: *Tosto che da parte del molto magnifico et eccellentissimo messer Alessandro Malegonnelle, degnissimo console dell'Accademia fiorentina - Firenze 20 gennaio MDLI;* commentarius (f. 6r) inc. *Quanti e quanto ualorosi - ma perdonare alla necessità dell'ubbidire;* sequitur (f. 24) eiusdem sonetum *all'illmo et ecclmo signore il sig. Guidubaldo, duca d'Urbino: Se di voi stesso et di tanti altri heroi - L'ardore eguale à sì degno soggetto. Humilissimo et deuotissimo seruo. Cammillo Buonpigli.*

Ff. I. 24v. 25 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1235. Saec. XVI, chart., mm. 197×134, ff. II. 43.

Sergiusti Nicolò, *lucchese, ditto il Diceo, trattato della quiete civile e della sua causa,* libri I-III. Lib. I (f. 5) inc. *Se li homini non fussero per propria natura loro inclinati e disposti a uiuere quietamente.* Lib. III des. *Ma l'offitio della militia ha propriamente la cura di metter insieme i soldati e di esercitarli nelle armi;* praeit (f. 2) auctoris dedicatio *all'optimo maximo e santissimo pontefice Pio V: Se quanto* (*per dono e gratia di Dio*) *è in me di pietà e desiderio di ben' operare - e al mio buon desiderio e uoluntà christiana date col cenno santissimo fauore.*

Ff. I. IIv. 42. 43 vacua.
Contectus simplici membrana saec. XVI-XVII.

1236 (olim 1152, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, chart., mm. 192×125, ff. I. 24.

⟨**Ioannis Ant. Campani** oratio in funere Baptistae Sforza, Friderici, Urbini ducis, uxoris ab anonymo in linguam italicam versa⟩ (in ms. *Orazione funerale della moglie del duca Federico*). Inc. *Maraviglionsi per auentura molti di uoi, illustri signori e uoi altri nobilissimi huomini qua presenti, che questa funerea pompa d'hoggi, preparata per una donna.* Des. *non meno per-*

ciò gloriarui potiate della memoria della madre che del padre.' (Cf. codd. 1193, f. 4; 1272).

Ff. I. 24 vacua.
Charta spissata contectus saec. XVI-XVII.

1237 (olim 1322, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 209×139, ff. I. 27.

Augustini ⟨*degli*⟩ **Lodovico** (pisaurensis, cf. cod. 1241) *ragionamento christiano all'Italia sopra la peste.* Inc. *Illustre gloriosa et di tutte l'humane e sopr' humane doti ornatissima et spetiosissima madre Hesperia, d'ambi gli hemisperij donna e regina.* Des. *Si introibunt in requiem meam. Iddio ti risani.*

Ff. I. 27 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1238. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 222×156, ff. I. 50, (+ ff. 5a b).

Cillenio *monsig.* **Francesco Ma Domenico G.** *di alloggiamenti alla romana et de greci et de ebrei, operetta con la figura di essi alloggiamenti secondo Polibio.* Capita I-XIV, cap. I (f. 6) inc. *Di quanto commodo et utilità siano gli alloggiamenti dello esercito per molte ragioni se può cognoscere.* Cap. XIV, *di alloggiamenti di ebrei* des. *teneuano et gouernauano sacerdoti et leuiti;* praeit (f. 1) dedicatio Francisco Mse II, Urbini duci: *Veramente è uero quello che dice il filosofo che la natura è prencipio d'ogni mouimento - la qual Dio conserua in sua gratia.*

Ff. Iv. 5a b. 50v vacua. Codex videtur autographus, sed castrorum figura, quam in titulo promittit auctor, nondum picta est.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1239. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 215×163. ff. 1-41.

Cillenio Domenico (cf. cod. superiorem) *dell'ordinanza de tutto l'esercito romano.* Inc. (f. 3). *El romano essercito era de un console, ouero de doi* - Des. *et se gli fosse cosa meno ben detta, me rimeto sempre a migliore giudicio;* praeit (f. 1) *prologo: Quanto in tutte le cose el buon ordine sia necessario - el quale se ordinaua in questo modo.*

Codex videtur autographus (cf. cod. superiorem). Ff. 36a-41 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1240. Saec. XVII, chart., mm. 210×156, ff. II. 23.

Manasangui Io. Antonii, *theologi forosemproniensis, gratiarum actio pro adventu serenissimi Federici* (Ubaldi), *Urbini principis, ad urbem Fori Sempronii.* Inc. *Nisi satis pro merito, serenissime princeps, tibi gratias egero, quod hanc urbem inuisere.* Des. *altaeque uirtutis indole praedito sperari possunt. Dixi.* (Teste Vernarecci, *Fossombrone dai tempi antichissimi ai nostri,*

vol. II, Fossombrone 1914, p. 411 nota, edita est oratio, Pesaro an. 1619, typis Flaminio Concordia).

Ff. I. II^{v}. 22. 23 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1241 (olim 495 et 96, cf. tegumenti dorsum). An. 1585 (cf. f. 56), chart., mm. 216×162, ff. II. 57.

Agostini *(degli)* **Lodovico** ⟨pisaurensis⟩ *viaggio al santissimo sepolchro* ⟨relatio ad Franciscum M^{am} II, Urbini ducem⟩. Inc. *Serenissimo duca, mio singolarissimo signore et padrone colendissimo. Se oltr' a quel natural desiderio ch' ogni huomo ha di ueder cose noue, et maggiormente quelle che al-l'eterna salute giouano.* Des. *poi leggiadro il uolto / Di Parthenope, et hor miei uoti ha Roma. Li 30 di marzo 1585.*

Codex videtur autographus. Ff. I^{v}. II. 56^{v}. 57 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1242 (olim 98, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 230×162, ff. 1-14.

⟨**Marci Tullii Ciceronis** in Catilinam oratio a Francisco M^{a} II, Urbini duce, in italicam linguam versa⟩. Inc. *In sin' à quanto ti seruirai tu finalmente, Catilina, della pacienza nostra? quanto lungamente saremo noi scherniti da questo tuo furore.* Des. *con eterni supplicij uiui et morti affligerai.* (Cf. cod. 1148).

Ff. 1. 14 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1243 (olim 555, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 215×155, ff. II. 17.

⟨**Demosthenis** pro Rhodiorum libertate⟩ Thoma Aldobrandino interprete. Inc. (f. 4). *Aequum est (opinor), athenienses, tantis de rebus cum uobis deliberandum sit, unicuique eorum, qui in senatu adsunt, uos libere dicendi potestatem permittere.* Des. *sed potius ut eorum etiam imitaremini uirtutes, qui illa consecrarunt;* praeeunt 1 (f. 1) interpretis dedicatio card. *Iulio Feltrio de Ruuere: Magna laus, meo quidem iudicio, debetur iis qui hoc tempore latine eleganter scribunt - uel potius clientelam recepisse te non poeniteat;* 2 (f. 3^{v}) argumentum ex Libanio: *Bellum aduersus athenienses, quod sociale aduocatum est - neque iniuriarum contra remp. factarum meminisse.*

Ff. I. II. 13-17 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1244. Saec. XVI in., chart., mm. 248×175, ff. 1-40.

Gorgerii Ludovici 1 (f. 1) *in Polydorum* ⟨*Vergili*⟩ invectiva ⟨quod hic sibi usurpaverat et suo nomine ediderat an. 1498 illius proverbiorum libellum⟩. Inc. (f. 2^{r}). *Utinam amicorum consilijs obtemperassem, quae me semper*

Polydorum hunc euitare premonuerunt. Des. *Hic caput digito scalpit non est prouerbium;* praeit epist. auctoris *Guidoni (I) Urbini duci, Foederici ducis filio: Collegeram, illustrissime princeps, antiqua quaedam tam grecae quam nostrae litteraturae prouerbia - Vale principum decus ac iubar.* 2 (f. 18ʳ). ⟨Eiusdem proverbiorum manipulus⟩. Inc. « *Securis Tenedia* »: *Usurpauit Cicero prouerbium hoc ad Atticum epistola.* Des. *ut Hieronymus ad Pamachium de optimo genere interpretandi;* praeit (f. 18) auctoris epist. *domino Guido Feltrio, magni Foederici ducis filio: Non tantum potest hominum perfidia, nec adeo sunt rapinatorum manus uncatae - et tu in aeternum uale.*

Initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae ac primus titulus aureis litt. Folii 1 margines ornati sunt floribus, lineis aureis et circulo, in quo campus depictus est. In margine inferiore tessera gentilicia Guidubaldi I, Urbini ducis. Ff. 17ᵛ. 24ᵛ-40 vacua.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1245. Saec. XV, membran., mm. 205×140, ff. 1-82.

Benedicti Morandi ⟨bononiensis, 1 (f. 1) de felicitate humana⟩ *ad reverendissimum Io. Baptistam ex illustri Sabella familia, sedis apost. protonotarium, Bononiae gubernatorem.* Inc. (f. 2). *Libellum de miseria humana, reuerendissime pater, tuae dignationi nuper dicatum legi, a te, meo quidem iudicio, prorsus alienum.* Des. *et ne miser sim, qui caeteros felices esse contendo, pro tua iustitia et sapientia curato;* praeit (f. 1) auctoris elegia ad libellum suum: *I liber illustri patrem de gente Sabella - quaeque Falernus habet.* 2 (f. 32). Eiusdem *in calumniatorem naturae humanae, secunda reluctatio.* Inc. *Vehementer admiratus sum, reuerendissime ac sapientissime pater, uirum doctissimum et mihi amicissimum, in sua contra me reluctatione.* Des. *et quae utrinque liberius dicta sunt amicitiae tribui dignum est. Vale.* (Erravit ergo Fantuzzi post Apostolum Zeno, *Notizie degli scrittori bolognesi,* Bologna, 1788, 6, p. 111, qui Morandum *de miseria humana* scripsisse putarunt).

Tituli ac lemmata rubra, initiales maximae aureae coloribus auroque ornatae. In foliorum 2 et 32 imis marginibus tesserae gentiliciae familiae Savelli. Ff. 29ᵛ31. 82 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1246. An. 1474 (cf. f. 5), membran., mm. 216×142, ff. 1-112.

⟨Patritii cuiusdam veneti de Nicolai Marcello, venetiarum ducis, laudibus ac de moribus virtutibusque patriciorum venetorum propriis, libri I-IV⟩. Lib. I (f. 10) *della visitatione et transito del principe* ⟨Marcello ac de responsionibus eius ad tres senatores⟩ inc. *Volendo lo excelso conditore, el fidelissimo seruitor suo, illustrissimo principo misier Nicolo Marcello, duce serenissimo della uictrice et gloriosa cità,* des. *sono gli optimi et perfecti costumi*

assimigliati al herbe verdizante et fiori odoriferi; (f. 27ᵛ) lib. II, *del modo ad acquistare la diuina gratia per le tre uirtù theologice,* inc. *Comentiamo adunque ad dinotare in similitudine di tre castelli altissimi,* des. *deuessi per le loro patrie sostenere et patire ardita e uigorosamente;* (f. 49ᵛ) lib. III, *delle quattro uirtude cardinale,* inc. *Qualunque instructo et optime perito et exercitato nelle tre prime uirtude theologice - Siche qui nui finiremo l'ultima parte del terzo libro;* (f. 94) lib. IV, *degli costumi et virtude naturale,* inc. *Tanta uedo, charissimi, la excellentia delle uostre humanità attenta alle mie humile et basse sententie,* des. imperfecte: *dum quae ad te non pertinent perscrutare conaris, musipulam tibi ipsi praeparare intendis;* praeeunt [1] (f. 1) auctoris dedicatio *duci Mediolani ac Ianuae domino* (Galeatio M^ae^ Sforza): *Cogitanti mihi, princeps excellentissime, serenitati tuae rem gratissimam ac periucundam agere - Kalendis decembris MCCCCLXXIIII°;* [2] (f. 7) prologus: *Per hauere alla tua sublime signoria, illustrissimo principo, dinotato nella oratione latina mia ti mandai arquanto - al principio di qualunque libro se dimostra* (idest singulis libris praeeunt capita).

Tituli rubri, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae ramis intextis coloribusque decoratae sunt. Folii 7 margines intextis ramis, auro coloribusque ornati tres circulos exhibent in quibus dimidiae imagines trium senatorum seu ducum venetorum. Ff. 5ᵛ. 6. 103ᵛ-112 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1247. An. 1603 (cf. f. 2), chart., mm. 193×125, ff. 1-55.

Giufigliazzi Giuliano *discorso della Chiana al serenissimo granduca di Toscana.* Inc. (f. 3). *Della Chiana, suo nascimento et natura hanno discorso molti con diverse opinioni.* Des. *ci rimetteremo sempre ad ogni migliore giudizio;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio: *al serenissimo sig. duca d'Urbino... Francesco Mª (II) della Rovere: O sempre reputato degno di qualche biasimo il pensiero di coloro, che con alcune piccole fatiche hanno cercato acquistarsi lode - Arezzo 18 marzo 1603.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1248. Saec. XVI in., chart., mm. 206×135, ff. 1-72, (+ f. 1ª).

Ordini et offitii della corte del serenissimo sig. duca d'Urbino (fortasse Gidubaldi I vel Francisci I). Inc. cap. I. *Et prima è necessario la diligente cura del signore che li ordini siano obseruati, altramente è perder tempo e spesa uana...* Cap. II. *conuenientia del maestro de casa: El maestro de casa uole essere cum sollicita cura et optima diligentia.* Cap. LXIIII des. *et chi non lo aspectaua ch' l era sempre presente. Ergo dum tempus habemus*

operemur bonum. Sequuntur, alia manu, fragmenta duarum epistolarum; ultima cum nota: *a dì XVII de nouembre nel MDXLVII.*

Ff. I^r vacuum est.

In tegumenti dorso tesserae gentilíciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1249. An. 1481 (cf. f. 14), membran., mm. 185+115, ff. I. 14.

Marsilii Ficini de christianae legis divinitate (in ms. *divina lex fieri a caelo non potest sed forte significari,* capita I-VII). Cap. I. *Communis religio non fit a stellis,* inc. *Genus ipsum religionis, quo nihil in rebus humanis magis commune firmumque est.* Cap. VII. Conclusio, *de christianae religionis divinitate,* des. *per nuntium ab ipso electum ad homines miserit. VI ian. MCCCCLXXXI. Florentiae.* (Cf. Bandini, Biblioth. leopoldina, 2, col. 436); praeit auctoris dedicatio Federico, Urbini *duci semper invicto: Stella quae hodie magos summos orientis astronomos feliciter duxit ad Christum - Alias, quando Deus dederit, ampliora daturus.* (Opp. Basileae 1576, epist. lib. VII, p. 849-853).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 623 signatur, titulos capitulorum atque initiales minores praefert rubra, initialem maximam auream coloribus auroque ornatam. Ff. 1. 14^v vacua.

Corio castaneo contectus saec. XV.

1250. Saec. XV, membran., mm. 186×116, ff. 1-40.

1 (f. 2). ⟨**Bruni Leonardi Aretini**⟩ (in ms. *Bonacurssii* (!) *pistoriensis)* libellus de nobilitate, Guidantonio, Urbini comiti, dicatus (omnino ut in cod. 1167, quem quaere).

2 (f. 37^v). ⟨Sonetum in laudem Guidantonii, Urbini comitis⟩: *Poiche nel alta tua stirpe reluce - Non marmor actegiato biancho o nigro.*

Codex, qui convenire potest n. 622 veteris indicis urbin., titulos praefert tum aureos, tum caeruleos, tum rubros. Initiales tam minores quam maximas aureas coloribus decoratas. In f. 1^v circulus auro coloribusque ornatus, in quo titulus circularibus litteris aureis. Ff. 1^r. 38-40 vacua.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1251. Saec. XV, membran., mm. 170×119, ff. 1-42.

Leonardi Leti, *bassianensis,* opuscula. 1 (f. 4^v). *De amore et venatione,* orationes 1-2. I (f. 4^v). *Ad amoris patrocinium oratio,* inc. *Consideranti mihi, revme princeps ,uniuersa hominum studia dicere de amore multa libet,* des. *austeritate et solitudine delectatus.* II (f. 11). *Ad venationis patrocinium,* inc. *Etsi, reverendissime princeps, callidissimus procurator orationem suam ita contexuit,* des. *ut eorum usibus et commodis potiamur;* praeeunt (f. 2) auctoris dedicatio Frederico, Urbini duci: *Questiunculam venationis*

et amoris, quam nuper aedidi - felicem te cupio. Consignaui III idus septembris; [2] (f. 3) alia dedicatio *Ioanni de Ursinis, archiep. tranensi...*: *Audio quesitum esse per magistrum domus uestre... ioco quidem et festiua collocutione - ut expetere potius iudicium uestrum, quam meum sequi exigere uideantur.* 2 (f. 28). *De prestantia legum ad Ioannem Andream Mancinum.* Inc. *Cum rebus quidem omnibus praestantiam tempus accommodet, nulla profecto ratio utilior esse poterit ad disserendum.* Des. *Quod ego ut facias vehementer hortor. Vale. Cosignaui VII idus iulij.* 3 (f. 33ᵛ). De uxoribus presbyterorum, *quam iniqua lege vetite videantur* (epistola). Inc. *Quod neminem patiaris sine tuis ad me litteris aduentare, quos tamen scias in prouinciam proficisci.* Des. *Et nescio utrum litteris digne mandata sint. Vale.* (Nihil de hoc praesbytero auctore apud biographos).

Codex convenit n. 628 veteris indicis urbin. Tituli rubri, initiales aureae coloribus decoratae sunt. In f. 1ʳ pictae sunt duae aquilae nigrae, altera in margine superiore expansis alis infra quam ternarium: *Regina delli aucelli me chiamo io - al nome mio;* in media pagina in campo aquila erecta sustinet scutum ad excipiendam tesseram gentiliciam; infra tituli opusculorum. Ff. 41ᵛ. 42 vacua.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1252 (olim 1311, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 216×156, ff. 1-32.

Ludovico Odasio *oratione funerale fatta nell'essequie del duca Federico d'Urbino de latino in volgar tradotta* (cf. cod. Vatic. Urbin. 1233). Inc. *S' a tutte le prouincie del uenerando nome christiano nobilitate, e del senso et humano intelletto illustrate -* Des. *mostraremo uerso il figliolo uero e degno successore del ualore e principato paterno.*

Ff. 1ᵛ. 31ᵛ. 32 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

1253 (olim 140, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 116×79, ff. 1-210.

⟨Dictionarium gallico-italicum et italico-gallicum⟩. I (f. 1) inc. *A. Abbé - Abbate, Prelato. Abesse - Abbadessa.* Des. *Yurogne - Imbriacone;* sequuntur [1] (f. 20) *regulae des quatre parties d'oraison;* [2] (f. 26ᵛ): *Per imparare a leggere perfettamente francese.* II (f. 105). Dictionarium italico-gallicum. Inc. *Abbate - Abbé. Abbadessa - Abesse - Zoccoli di legno - Patin;* sequuntur (f. 128). *Delle quattro parti della oratione. Indeclinabili.* Aduerbii: *Già tempo fa - Jadis Aa, aa - o las.*

Ff. 32-105. 132-210 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1254 (olim 1262, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 111×80, ff. 1-34.

1. *Sommario delle caccie* 1-16, (quas facere solebant urbinates duces apud Pisaurum). Inc. *Caccia prima si chiama la caccia della badia - Caccia*

decimasesta, detta la caccia dell'Imperiale. 2 (f. 4ᵛ). ⟨Instructiones ad has venationes faciendas⟩: *Caccia prima della badia in sella a hore XIX - stando gl'huomini alle muraglie godono ancora essi di tal piacere.*

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1255 (olim 779, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 140×88, ff. 1-83.

1 (f. 1). *Sententiae ex Plauti comoediis.* Incipiunt, *in Amphitruone: Nam iniusta ab iustis impetrari non decet; iusta autem ab iniustis petere insipientia est.* Des. *Gelasinus parasitus loquitur: Famem suspicor fuisse matrem mihi... nam iam complures annos utero heret meo, supplementum querito.*

2 (f. 13). ⟨Proverbia alphabetico ordine cum explanationibus⟩. Primum inc. *Anceo Neptuni et Astipaleae filio uineam plantanti uates, ut est apud Aristotelem, praedixit.* Clauduntur cum fabula de psittaco et pavone: *tandem in lucem ueniunt et uirtutis premia reportant;* praeit (f. 10ᵛ) ⟨collectoris praefatio ad Laurentium de Medicis⟩: *I qui ad rem publicam gubernandam accedunt nullum scriptorum genus - quum ab homine tibi deditissimo proficiscantur.*

3 (f. 53). ⟨Proverbia alphabetico ordine sine explanationibus⟩. Incipiunt: *Ab altero expectes alteri quod feceris.* Des. *Xelari autem hominibus uici(o)sum est.*

Tituli atque initiales tum aurea tum rubra. In f. 1 ornata auro et floribus tabellula, in qua Mercurius caducaeo arbori applicato solum exercet sub vomere; in umbra urbs. Ff. 8ᵛ-10ʳ. 82ᵛ. 83 vacua.
Corio castaneo contectus saec. XV, posterius in dorso refectus.

1256 (olim 1067, cf. tegumentum). Saec. XVII, chart., mm. 133×103, ff. 1-16.

1 (f. 1). Gulielmi Budaei, *parisiensis, suorum de asse et eius partibus librorum breviarium.* Inc. *As, qui et assis dicitur, in duodecim uncias distribuitur.* Des. *Tanti funerasse Alexander Ephestionem dicitur.* (Ed. apud Ioannem Durantium, 1585).

2 (f. 9ᵛ). *Supputatio gallicorum nummorum ad cruciatos germanicos.* Inc. *Quinque denarioli turonici valent uno cruciato athesino.* Des. *Solidus turonicus valet duodecim denariolis turonicis, hoc est duobus cruciatis.*

3 (f. 10ᵛ). *Supputatio assis et partium eius ad monetam basiliensem.* Inc. *As uel assis, res quaeuis in parteis duodecim diuisa - quam in parteis duodecim.* Deinde (f. 11) *exemplum de moneta basiliensi.* Inc. *Uncia - ein helbling. Sextans - ein rapp, alias ein augster.* Des. *As uel assis ein plaphart, alias ein schilling.*

Ff. 11ᵛ-16 vacua.
Contectus charta spissata saec. XVII.

1257. Saec. XV, membran., mm. 150×100, ff. 1-86.

Petri Pauli Vergerii, *iustinopolitani, viri eloquentissimi, ad Ubertinum Carariensem* de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiae studiis. Inc. *Franciscus senior avus tuus, cuius ut extant plurimae res magnifice gestae.* Des. *nihil tibi nisi te ipsum uideri defuisse.* (De edd. cf. Hain, Repert. bibliograph., IV, n. 15982 sqq. et Copinger, pars II, 2, n. 5982 sqq.).

Titulus ac lemmata rubra, initiales aureae intextis fruticum ramis et coloribus ornatae sunt. In f. 1^r figura humana imaginaria, in cuius pedibus canis erectus et sursum manus, quae librum sublevant, hinc inde litterae L. V, fortasse stemma. In subscriptione (f. 85^v) nomen: *Delia,* litteris maiusculis rubris. F. 86 vacuum est.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1258. Saec. XV, mm. 165×95, ff. 1-7, membran. et 1-15 chart., posterius additis.

Colucci Benedicti, *pistoriensis, declamatio ad maiestatem Ferdinandi, invictissimi latinorum regis* (pro foederatione contra turcos). Inc. *Inclinata uirtus, rex christianissime atque potentissime, quae longe maxima fuit in patre et maioribus tuis.* Des. *a quorum amplitudine et magnitudine omnium oratorum facundia, omnium mortalium ingenia superantur.* (De auctore cf. Zacharia, Bibliotheca pistoriensis, Augustae Taurinorum, 1752, p. 181).

Codex, qui convenit n. 633 veteris indicis urbin., titulum praefert rubrum, initialem maximam auream intextis ramis coloribusque decoratam. In margine inferiore folii 1 in corona laurea tessera gentilicia una aquila praedita cum litt. F<idericus> C<omes>. Fol. 7^v et chartacea omnia vacua sunt.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1259. Saec. XV, chart., mm. 164×114, ff. 1-45.

Petri Pauli Bindi, *utriusque iuris doctoris, opusculum de matrimonio non contrahendo.* Inc. *Maximum optimumque esse ac plurimum bonum omnibus hominibus maris ac faeminae in legitimo matrimonio coniuncto creditur.* Des. *sed potius suspendere te ad arborem eligito. Laus Deo;* praeit auctoris dedicatio *domino Innocentio Sinibaldo de Pisauro, fratri suo honorando: Quamquam erumnosa nostri temporis miseria, frater optime, non dicendi sed potius uiuendi petat studium - Vale et me dilige a quo plurimum (ut decet) amaris.* (Nulla mentio huius auctoris apud biographos).

Tituli atque initiales rubrae. In f. 1^r manu posteriore: *Enchiridion enchomii matrimonii.* Ff. 1^v. 31^v-45 vacua.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1260. An. 1470 (cf. f. 1^v), mm. 162×120, ff. 11 membran. et 16 chart., posterius additis.

F. 2. **Christophori fanensis** *ut Ariminum ab obsidione receptum est, et obsidentium maior pars intercepta per illustrissimum Federicum, Urbini*

ac Durantis comitem, atque illustrissimae ligae capitaneum. Dialogus, interlocutores: *Camillus - Fanensis.* « Camillus » *Quid tu Viglauanum insolens cum hoc intempesto flamine.* Des. *Et vitae et mortis lora magister agit;* praeit (f. 1^{v}) auctoris dedicatio *magnifico Octaviano de Ubaldinis: Ariminum urbem cum accepi ab obsidione receptam - Ex domo Sanctispiritus. Ml. VII° Kal. Septembris, 1470.* (Zannoni, *L'impresa di Rimini...* in *Atti d. r. Accad. d. Lincei, Resoconti, serie* V, V, (1896), p. 198 sqq., qui in nota ed. epistolam et summarium opusculi).

Codex, qui in vetere indice urbin. signatur n. 8, p. CLIII, titulum praefert rubrum, initialem maximam auream intextis ramis coloribusque ornatam. Descripsit Zannoni, l. cit. Ff. 1^{r}. II^{v} et chartacea omnia vacua sunt.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1261. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 165×112, ff. I. 80.

F. 7. **Dionis Chrysostomi** de Ilii captivitate oratio (in ms. *Ilienses ad Ilii captivitatem non fuisse)* Francisco Philelpho interprete. Inc. *Non ego sum admodum nescius omnis docere homines perdifficile sit.* Des. *Cremonae impressus anno ab incarnatione sacratissimae virginis MCCCCLXXXXII, undecimo Kal. augustas;* praeit (f. 1) interpretis epist. Leonardo aretino: *Cum nuper ex noua Roma Italiam repetiturus nauigarem - Quare iam Dionem ipsum audiamus.* (Cremonae 1492, Bernardino de Misintis papiensis opera, cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 6184).

Codex transcriptus quidem est ex libro impresso Cremonae.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1262 (olim 138, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 166×120, ff. 1-100 (+ f. 1^{a}).

Registrum archivii sanctae ravennatensis ecclesiae sub illm̃o ac rm̃o d. Iulio Feltrio de Ruvere, episc. sabinensi, s. r. e. card., Urbini et praedictae eccl. archiep. dignissimo reparatum. Inc. (f. 2) *A. Sanctae ravennatis ecclesiae et vicecomitatus terrarum et castrorum possessionem adeptarum instrumenta per illm̃um et rm̃um dominum card. s.^{t} Angeli, tunc temporis archiep. ravennatensem: Concessio s. Ioannis in mamorata et plebis Argentae.* Des. *Instrumentum incorporationis terrenum casae muratae ob* (?) *equitis Luffi Munalis mense archiepiscopalis Ravennatensis;* praeit (f. I^{a}) tabula topographica archivii ravennatensis, plutei in sex columnas distributi cum titulis.

Ff. I. I$^{a\,v}$. 1^{v}. 86^{v}. 87^{v}-100 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1263. An. 1586 (cf. f. 2v), chart., mm. 196×135, ff. 1-16 (+ f. 1r).

F. 1. **Abbatii Baldi Angeli**, *eugubini, libellus de patriae suae antiquitate.* Inc. (f. 3). *Vmbria est omnis diuisa in parte tris, quarum unam incolunt Veilumbri, aliam Hetrusci.* Des. *Qua ratione Carolus Sigonius doctissimorum uirorum coriphaeus in alphaternam commutet ipse uiderit;* praeit (f. 1a) auctoris epist. dedicationis *Francisco Mariae II, Urbinatium regulo: Inter omnes uirtutes equidem pietate nullam a natura praestantiorem - Iguuii, Kal. nouembris MDLXXXVI.* (De auctore cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 1, p. 13, ubi teste Iacobilli perperam asseritur hunc auctorem floruisse an. 1530).

Ff. 1v. 16v vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1264. Saec. XVI, chart., mm. 199×131, ff. III. 63 (+ f. 26a).

1 (f. 1). ⟨**C. Iul.** Caesaris commentariorum de bello gallico versio capituli I et initii II⟩. Inc. *La Francia è tutta diuisa in tre parti, una delle quali l'habitano i fiamenghi - superando essi di ualore tutti, insigniorirsi* (cf. cap. II, § 3).

2. **Isocratis** orationes italice versae ab incerto. [1] (f. 3). *Oratione esortatoria a Demonico.* Inc. *O Demonico in molte cose noi trouaremo molto differente le sententie de gli huomini studiosi.* Des. *Perchè appena con questa deligenza alcuno sipurarà* (!) *gli errori della natura.* [2] (f. 27). *A Nicocle del regno.* Inc. *O Nicocle quelli che usano di portarne uesti, o metalli, ouero oro lauorato, o altre tali cose, delle quali essi hanno bisogno.* Des. *non lasciandoli nisciun giorno, non si consumino, ma li farai maggiori e più degni.* [3] (f. 50). *Nicocles vel auxiliaris.* Inc. *Sono alcuni i quali si rendono dificili contra l'orationi e contra quelli che filosofano.* Des. *ma hauessero il regno quelli che l'haueuano hauuto inanzi.*

Ff. I-III. 2v. 26v. 26a. 49v. 60v-63 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1265. Saec. XVI, chart., mm. 220×163, ff. 1-24.

F. 3. *Del secondo volume de le morali attioni, libro secondo. De la arte e de la prudenza.* Dialogus: *Interlocutori. Abbate Bertolini - Clittoveo - monsignore Fabro: L'Ab. Hieri molto bene mi auete dimostrate e fatte chiare le uirtu e forze de la mente contemplatiua - Con che io spero essere utile seruo del sig. Iddio e di Christo nostro Saluatore, il quale prego ui dia lunga salute et sia sempre con uoi;* praeit (f. 1) anonymi auctoris dedicatio Guidubaldo II, Urbini duci: *Da quello eccellentissimo e celestial dono della ragione - con accrescimento di stato et di honore.*

Ff. 23. 24 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1266. An. 1608 (cf. f. 3), chart., mm. 190×257, ff. 1-110 (+ f. 1[a-b]).

1 (f. 1). Giordi Rodomonte (cf. etiam f. 71), *bolognese, scrittore e professore d'abaco nella città di Faenza, libro primo de' caratteri cauallareschi, mercantili, bastardi, maiuscoli, et minuscoli in diuersi modi scritti a mano.* (Idest exemplar ad characteres addiscendos calligraphicos); praeeunt [a] (f. 1[a]). *Tavola di quello si contiene nel presente libro: L'arma del serenissimo sig. duca d'Urbino a f. 1. - Alfabeto di maiuscole romane schiette a f. 110.* [b] (f. 2). Scribae dedicatio: *al serenissimo... Francesco Maria della Rovere, duca d'Urbino,* etc. *Tengo bene per cosa certa. - Di Faenza... maggio 1608.*

4 (f. 5). **F. Anselmo da Bologna,** *cappuccino, exhortatio ad peccatorem / Vt relinquat iam errorem / Cogitando quem terrorem / Dies illa incusserit.* Inc. *Dies illa, dies irae / Non tardabit praeterire / Quando Christus aperire / Cordis librum uenerit.* Des. imperfecte ob discerptum folium: *Omnes ergo de... / Ne in etern... sed ut te... / Vbi... /.*

Plura folia atramento corrosa fuerunt refecta.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1267 deerat iam saec. XIX inc.

1268. Saec. XVI ex., chart., mm. 206×140, ff. 1-90.

⟨**Pino Bernardino**⟩ *i falsi sospetti, ragionamenti famigliari,* partes I-V cum prologo. (Ed. Venetiis, 1588. 1597, cf. Grässe, Trésor, V, p. 300).

F. 90[v] vacuum. In marg. f. 1 manu *L*⟨eonis⟩ *A*⟨llatii⟩ nota de auctore et editione huius operis.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1269 (olim 551, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 226×160, ff. I. 72.

Marinelli Ioannis *de recta sermonis iudicandi ratione libri I-II.* Lib. I (f. 3) inc. *Cum nihil homini sit natura tributum, quod clarius faciliusque explicet ea, quae animo concipimus, quam sermo ipse.* Des. *eodem modo quo is diuisus est deinceps in secundo libro dicemus.* Lib. II (f. 39) inc. *Sermonem profecto iudicamus eisdem quibus struitur rebus.* Des. *in ipso genere argumentationis ad propositum non accomodato;* praeit (f. 2) auctoris dedicatio: *ad Iulium card. Ruerensium: Etsi scio, Iuli Ruerensi card. illme, amplitudinem tuam maximis occupationibus impeditam - id benigno accipere animo uelis etiam atque etiam rogo.*

Ff. I. 1[v]. 71. 72 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1270. Saec. XVI, chart., mm. 204×148, ff. 1-333 (+ f. 329a).

Vinci *(da)* Leonardo *trattato della pittura.* (Ad hunc codicem ed. Manzi Guglielmo, Roma 1817; cf. Ludwig H. *Leonardo da Vinci, das Buch von der Malerei,* Wien, 1882).

F. 330v alia manu: *Memoria et notta di tutti i pezzi di libri di mano di Leonardo, quali compongono insieme lo presente libro del trattato di pittura.* Inc. *Et prima, il libro intiero segnato I - che sono tutti n.° XVIII.* (Ex his XVIII autographis leonardianis collector profitetur se composuisse opus).

Ff. plurima vacua. Codicem descripserunt Manzi (ed. cit., p. XI sqq.) et Ludwig, l cit., III, p. 21 sq.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1271. Saec. XVI, chart., mm. 206×152, ff. I. 60.

Trattato dell'honore al marchese di Pescara (seu consilium utrum conveniat scriptis calumniam diluere huic illatam, sc. tetendisse insidias duci ferrariensi). Inc. *Le leggi dell'honore sono fatte per mano di maestro si eccellente, et riescono, per quel che ne tocca al gusto degl' huomini, cose così dilicate et pure.* Des. *adempie la dolcissima et santissima legge dell'amicitia.*

Ff. I. 59v. 60 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1272 (olim 1184, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 196×125, ff. 1-24.

⟨Io. Ant. Campani oratio in funere Baptistae Sforza, Friderici Urbini ducis uxoris, in italicam linguam ab incerto versa⟩. (Omnino ut in codd. 1193. 1236).

F. 1v vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1273. Saec. XV ex., chart., mm. 208×142, ff. 1-11.

M. Bernardini ⟨de Cherichinis⟩, *florentini, ordinis minorum, oratio habita Urbini in capitulo generali, in laudem illustrissimi ducis urbinatis* ⟨Friderici feltrensis⟩ *die 14 maij, MCCCC°LXXV.* Inc. *Cum saepe ac multum, reuerendissime domine dignissime generalis, nuper electe, illustrissime dux, eruditissimi doctores ceterique ciues preclarissimi, nostrorum maiorum respublicas aliorumque populorum, uel regnorum, uel nationum animo complector.* Des. *Nomina per titulos ingrediemurque tuos. Deo gratias.* (De auctore cf. Sbaralea, Supplementum ad scriptores trium ordinum s. Francisci, ed. nova, Romae, 1908, p. 136).

F. 11v vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1274. Saec. XVI, chart., mm. 164×113, ff. V. 242.

Homeri Odyssea per Raphaelem ⟨Maffei⟩, volaterranum, conversa. *Cum privilegio.* Inc. praemisso argumento (f. 1). *Dic mihi musa uirum capte post tempora Troiae.* Des. *Pallas Mentori corpore uoceque adsimulata composuit,* praeit (f. IV) auctoris epist. Paulo Mafaeo volaterrano, genero: *Homerum laudare seu uituperare - non edidisse rursus cui non placuerint.* (Apographum fortasse ex libro impresso an. 1510, quam ed. laudat Marcus Lastri in *Elogi degli uomini illustri toscani,* Lucca, 1772, vol. 2, p. CLXXVI).

Ff. I. II. III^{v}. 241. 242 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1275 (olim 126, cf. tegumentum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 217×154, f. XIV. 195.

Del gioco delli scacchi ⟨iuxta Damiano lusitanum, quem auctor frequenter laudat⟩. Partes I-VI. Pars I, capita 1-13. *Capitolo primo, nel quale se declara il gioco delli scacchi esser gioco de sciencia e d'inuentione mattemattica,* inc. *Il gioco delli scacchi esser... è manifesto per molte raggioni. La prima si è perchè piglia il suo fondamento da due arti liberali.* Ultimum cap. *Che cosa sia matto e che cosa sia matto affogato;* pars II (f. 32) continet: *Auertimenti* 1-40; pars III (f. 66) *le regole* 1-17; pars IV (f. 81) *del modo da ordinare il gioco,* capp. 1-31; pars V (f. 121) *da cominciare a giocare secondo il Damiano,* capp. 1-21; pars VI (f. 158) *da ordinare il gioco incontra de quello che hauerà 2 tratti di vantaggio,* capp. 1-14, des. *hauemo fatto fine a questo trattato. Laudato Iddio, che lo ha lasciato finire.*

Ff. I-XIV. 31^{v}. 79^{v}. 80. 95^{r}. 190^{v}-195 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1276. An. 1563 (cf. f. 80^{v}), chart., mm. 205×135, ff. 1-95 (+ f. 1^{a}).

Monaldo Atanasio, *da Cagli, memorie* (ab an. 1561, oct. 26 - ad an. 1563, ian. 28). Incipiunt: *Qui fo principio a questo libro raro, che più d'ognialtra cosa il tengo caro. Alli 26 d'octobre 1561.* Des. *Alli 28 messer Giulio Panetio me donò doi bolognini di sua propria uoluntà.* (In hoc opusculo memoriae privatae mixtae sunt interdum factis atque eventis familiae ducis Urbinatis Guidubaldi II et eius filii Francisci II in aula pisaurensi; cf. codd. 927. 1002. 1003).

Ff. 1^{v}. 92^{v}-95 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1277. Saec. XVI, chart., mm. 216×146, ff. 1-50 (+ f. 1^{a}).

⟨Epistolae latino-italicae exercitationis gratia a grammatico quodam effictae⟩. Epist. lat. inc. (f. 1^{a}). *In maxima expectatione fuit aduentus Hor-*

tensij, qui redibat uictor in patriam - textus italicus (f. 1^{r}): *In grandissima espettatione è stata la uenuta di Hortensio, il quale se ne ritornaua uittorioso nella patria.* Ultima epist. lat. *Meae litterae, quas ego scripseram Hortensio, cum primum exposuit peditatum ad Genuam* - Textus ital. *La mia lettera quale gia io haueua scritto a Hortensio, subito che sbarcò la fanteria a Genoua.* Sequitur (f. 34^{v}) alterius epistolae textus italicus, latinus deficit: *Cosa difficile mi pare anzi difficilissima conoscere gli huomini - Da Pesaro in questo di XIIII di nouembre.*

Ff. 1^{r}. 35-50 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1278 (olim 52, cf. tegumentum). An. 1593 (cf. f. 3), chart., mm. 173×241, ff. III. 51.

Sacchi Antonio, *bolognese, dell'arte dello scrivere corsivo* (seu exemplaria huiusmodi scripturae).

1 (f. 2). Tessera gentilicia Urbinatis ducis F r a n c i s c i M^{ae} II, calamo delineata et auro illita.

2 (f. 3). Scribae epistola dedicationis eidem duci: *L'ardentissima uolontà d'essere conosciuto deuotissimo servitore di V. A. serenissima - Ravenna 12 ottobre 1593.*

3 (f. 4-46). Exemplaria litterae cursivae et duplicis alphabeti litterarum initialium maximarum, quas tum auro, tum imaginibus ornavit peritus calligraphus.

Ff. I-III. 47-51 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1279 (olim 104, cf. tegumentum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 254×355, ff. II. 18.

Archangeli don Diogenio, *di Fossombrone,* ⟨delineationes calligraphicae F r a n c i s c o M^{ae} II, Urbini duci, dicatae⟩. Dedicatio (f. 2): *Non si marauiglia, o serenissimo principe, se un huomo priuato e di bassa fortuna - uincendo con la sua incredibile humanità la bassezza mia.*

In folii 1 marg. superiore tessera gentilicia ducum urbinatium; in marg. inferiore urbs, in marg. dextero et sinistro duo canistra pendentia e pomorum manipulo; in f. 3 in marg. inferiore et superiore domus, pontes et flumen; in f. 5 templi frons; in folii 7 margine dextro et sinistro regiones binae, in media pagina et in quatuor angulis aves; in f. 9 templum; in f. 11 psittacus glandem depascens; in f. 16 regio et varia armorum genera cum taenia et inscriptione; in f. 17 avis cum taenia, in qua inscriptio. Ff. 1. II. 18 vacua.

Tegumentum ex pergamena alba, in cuius binis paginis duo quercus rami cum taeniis, quae evolvuntur per integras paginas; in pagina dextera inscriptio in taenia: *Venite vaghi augei senza spavento;...* in sinistra inscriptio: *Sacra mia pianta ad ogni ben deriua...*

1280. Saec. XVI, chart., mm. 160×230, ff. 1-33 (+ f. 1^{a}).

Ricordi per belli c o l o r i (i. e. praescriptiones ad pulchros colores parandos).

F. 1ª. Cap. I. *Celo che habbia le nuuole azzurrigne: Per fare un cielo che habbia le nuuole azurre. Prima farai il cielo di smalto di Fiandra.* Ultima praescriptio: *Per fare la terra rossa da disegnare con penna nel calamaro: Piglierai un calamaro nouo - si fa con ponere in una caraffa d'aceto tanta goma...*

Ff. 29-33 et multae foliorum paginae versae vacua. In f. 2-6 varia colorum exemplaria.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1281. Saec. XVII in., chart., mm. 262×188, ff. II. 57.

Rovere *(della)* **Friderici,** Urbini principis, (Francisci M^ae^ II filii) loci italici exercitationis gratia latine versi⟩ (in ms. *Libro de'latini del serenissimo sig. principe d'Urbino, che Dio guardi).* I italice: *Senza la cognitione delle lingue non è possibile che alcuno sia capace di qualsiuoglia insegnamento;* latine vero: *Notitiae linguarum expers nullius disciplinae compos fieri potest.* Ultimus locus italice: *Molto maggiore ch' altri non crederia riesce la ruina del porto - e più che prima ridotta a perfettione;* deest latina versio.

Ff. 33-57 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1282. An. 1575 (cf. f. 3ᵛ), chart., mm. 260×200, ff. 1-52.

Marcello *detto il* **Camerino** ⟨magistri calligraphiae Eugubii, exemplaria litterarum *cancellaresche, correnti, formate et formatelle*⟩; praeit (f. 3) dedicationis epistola Francisco M^ae^ II, Urbini duci: *Essendo piaciuto a Dio benedetto ch' io uenga a tenere schuola di scriuere in questa honoratissima, et all'eccza v.ª illm̃a fedelissima città di Ugubbio - Il di ultimo d'ottobre MDLXXV.*

Plura folia vacua. In f. 1 calamo delineata tessera gentilicia Francisci M^ae^ II, Urbini ducis. In f. 25 variae numismatum formae in quibus litteris minutissimis inscriptae sunt variae precationes, evangelii s. Ioannis initium etc.
Pelle viridi contectus cum ornamentis ex auro impressis saec. XVI.

1283. Saec. XVI, chart., mm. 212×159, ff. 1-150 (+ f. 144ª).

Expositiones, animadversiones, conclusiones in nonnullos Aristotelis libros.

Tomit⟨ani Bernardini, animadversiones in Aristotelis analytica posteriora⟩. Initio mutilae incipiunt a vv. « Amplius quod non de subiecto » (sc. cap. IV libri I Arist.): *Lincolnensis notat hic unam distinctionem, quam applicat ad exponendam quartam sermonis partem.* Des. *sed scibile differt ab opinabili quia opinio est subiecti;* praeit (f. 1ʳ) parvus index quaestionum, quae in textu disputantur.

2 (f. 133). In cap. I et II libri II. Inc. « Lectio »: *Quia subiectum supponitur in scientia, primo posteriorum secundo, ideo expositurus librum II posteriorum.* Des. *quod modo est accidens sphericum.*

3. ⟨Conclusiones I-II⟩: [1] (f. 145) « in phisicis est inconveniens quod detur ultimum rei permanentis », inc. *Et quia hoc potest esse dubium ut credatur,* des. *inter duo minora;* [2] (ibid.) « in natura dari maximum homogeneum et maximum etherogeneum », inc. *2ª conclusio dari maximum homogenum,* des. *determinatur.*

4 (f. 146). ⟨Expositio in nonnullos locos capp. 5 et 6 libri I Aristotelis physicorum⟩. Lectio 33: *Postquam Aristoteles manifestis rationibus declarauit - uel tamquam ex termino a quô.* (De auctore cf. Vedova, *Scrittori padovani,* 2, p. 345 sqq.; Valentinelli, Biblioth. mss. s. Marci, 4, p. 177).

Varia folia vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1284 (olim 433 et 40, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 210×140, ff. II. 170.

⟨Loci, argumenta et sententiae ex variis auctoribus collecta ad historiam animalium conscribendam⟩. « De Leone » *Leonis nomen inter aequiuoca uel potius analoga computari dubio procul omnibus esse existimamus.* Ultimus locus e Cicerone excerptus (Sext. 33). *de nitedula, muris specie,* des. *id etiam fatum ciuitatis fuit ut illa ex uepreculis extracta nitedula rempublicam conaretur arrodere.*

Codex constat variis quaterniobus duabus manibus scriptis et postea in unum librum compactis, quare multa folia vacua sunt.
Contectus charta spissata saec. XVI.

1285-1292, chart., saec. XVI.

Tasca Laurentii, rom., Societatis Iesu, praelectiones in Aristotelis opera.

I. 1285. An. 1572-1573 (cf. f. 1. 239), mm. 202×134, ff. VII. 279.

1 (f. 1). *Tractatus et quaestiones super libros III-VIII physicorum.* Cap. I « De passionibus comunibus corporis naturalis » inc. *Diximus hucusque de principiis et causis corporis naturalis, dicendum nunc est de eius passionibus.* Quaestiones super librum VIII desinunt: *tractabuntur in libris de coelo. Nimirum an sit abstractus, an uirtus in magnitudine.* 2 (f. 239). *Paraphrasis super I librum physicorum* (idest super XLVII priores textus). Inc. *Ante textum explanationis huius primi libri primo exponenda intentio est. 2° diuisio eius.* Des. *et haec inductio per alterationem.* 3 (f. 263). *Paraphrasis super I-XXIII primos textus III physicorum.* Inc. *Propositum Aristotelis in hoc libro est quaestio de motu et infinito.* Des. *quam quae est data per ens et potentiam, t. 6;* praeit (f. III-V^{v}) index capp. et quaestionum eadem manu scribae. I. *De quantitate. 2. ca. 2. An quantitas distinguatur realiter a re quantitate, 4. q. 1 - Paraphrasis super 23 primos textus tertii physicorum. Require in*

fine libri. (De auctore cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus,* Bruxelles-Paris, 1896, VII, col. 1888).

Codicem exaravit, ut suspicor, *L. D.,* quas initiales vide in f. V. Ff. I-III. V^{v}VII. 192^v-201. 259-262. 272^v-279 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

II. 1286 (olim 320, cf. tegumenti dorsum), mm. 200×131, ff. VIII. 279.

Tractatus I-VII in libros de generatione et interitu. Tractatus 1 cap. I (f. 1). « De passionibus communibus rebus generalibus et corruptibilibus deque elementis secundum se et in ordine ad mista » inc. *Aristoteles, 2° physicorum, t. 71. quantum ad ea, quae mouent uel mouentur tres exprimit tractationes.* Tractatus VII. des. imperfecte: *Dices non potest unum elementum ut ignis generare suum contrarium reliqua elementa quia...*; praeit ff. V-VII index, cap. I: *De obiecto librorum de generatione et corruptione. p. 1. - An elementa actu maneant in misto, tum quoad formas substantiales, tum etiam quoad qualitates et quomodo. 251.*

Codex eadem manu transcriptus, qua superior, interdum lacunosus. Ff. I-IV. VII^v. VIII. 144^v-148. 268-279 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

III. 1287. mm. 200×135, ff. XVII. 240 (+ ff. 115^{a-p}, 123^{a-b}, 178^{a-l}, 183^{a-g}).

1 (f. 5). *Commentarius in metaphysicam.* Inc. *Transiuimus spineta et quasi sepes logicae; physicam entium, rerum in materia immersarum campos peragrauimus et animae rationalis partim a materia seiunctae colles quasi superauimus.* Ultimum caput « In quo consistat ratio unius » des. *uel per relationem rationis esse idem sibi ipsi.* 2 (f. 116). *In quatuor meteorologicorum libros.* Cap. I « De materia rerum meteorologicarum » inc. *Materia harum rerum aliquando ab Aristotele constituitur uapor et exalatio.* Des. *Motus uero compositus maris est, qui constat fluxu et refluxu et communi nomine appellatur aestus.* 3 (f. 179). *Brevis expositio in I et II librum metaphysicorum.* Inc. *De intentione et ordine huius operis seorsim in nostris quaestionibus dictum est... ut de diuisione aliquid dicamus.* Des. *sicut si res se habeat ad esse, ita ad cognitionem.* 4 (f. 184). *Paraphrasis in libros de Anima.* Inc. *Libri de anima lucidissimi Themistii praeconio excellunt non modo libris a ueteribus de eodem argumento conscriptis.* Des. imperfecte tractans de odoratu; textu 92: *ea autem certius a...*

F. 238: *caput 2 de aetherea,* quod scriba transegerat in libris meteorologicorum.

In f. 1-4 praeit index contentorum. Cap. I: *De scientia et nomine metaphysicae. p. 1 - Paraphrasis in primum et fere in 2um librum de anima. Require in fine.*

Codicem binae manus scripserunt. Prima, eadem quae codices 1285. 1286 scripsit a ff. 5-115. 124-155ᵛ. 179 ad finem. Secunda exaravit ff. 116-123. 156-178.

Plurima folia vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

IV. 1288 (olim 322, cf. tegumentum), mm. 200×140, ff. VII. 211.

Expositio in libros de anima. Tomus I. Caput I. « An de anima possit esse scientia » inc. *Videtur non esse. Primo quia nihil est in intellectu quod non praefuerit in sensu.* Caput ultimum « De sensibili communi » des. *quid facit ut similitudo rei e contra fluctuans imprimatur?;* praeit (f. IV-VIIʳ) index capitum. *An de anima possit esse scientia - An sensibilia communia per se sint per se primario communia an secundario ratione propriorum. 252* (!).

Codex eadem manu scriptus qua 1285 et pars cod. 1287. Ff. I-III. VIIᵛ. 255ᵛ vacua.

Contectus membrana rubra cum ornamentis ex auro impressis; in tegumenti paginis scutum sine tessera gentilicia cum initialibus G. V. (fortasse possessoris).

V. 1289 (olim 323, cf. tegumenti dorsum), mm. 200×140, ff. XI. 320.

Expositio in libros de anima. Tomus II. Cap. I. « De anima rationali » inc. *Tametsi animae rationalis tractatio et ampla et praeclara sit, tamen quia totius hominis.* Ultimum caput 2ᵃᵉ partis « de sensu communi » des. 2° *quomodo sensus communis percipit operationes non sensatas;* in f. VI-XI index capitum: *An in homine sit una tantum anima, an etiam plures, pag. 1 - Quae sint operationes sensus communis. 148.*

Ambo codices eadem manu scripti sunt, qua 1285-1287. Ff. I-V. 165ᵛ167. 317-320 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

VI. 1290 (olim 316, cf. tegumenti dorsum), mm. 205×140, ff. XIII. 291 (+ ff. 291ᵃ⁻ᵉ).

1 (f. 1). *Super praedicabilia.* Cap. I « De nominibus huius artis » inc. *Duo sunt nomina huius facultatis, crebris philosophorum usurpata sermonibus. Dialectica et Logica.* Cap. ult. « De analogo et analogia » des. *quia non dicit naturam communem.* 2 (f. 134ᵛ). *In decem cathegorias.* Cap. I « An tractatio praedicamentorum pertineat ad logicam » inc. *Antonius Bernardus mirandulanus libro communi... negat esse logicam, suadet his argumentis.* Cap. ult. « De quantitate » des. *bonam partem harum solutionum legere apud Simplicium.* 3 (f. 194). *Super librum Perihermenias.* Cap. I « De 2ᵃ intellectus operatione » inc. *Quoniam intellectus noster non in sola atque nuda simplicium rerum apprehensione.* Cap. ult. « De divisione enunciationis » des. *et tum idem est cum antecedenti.* 4 (f. 224). In priorum resolutoriorum. Cap. I « De tertia intellectus operatione » inc. *Quoniam tertia intellectus operatio omnium postrema hominis.* Cap. ult. « Quomodo dicatur syllogismus simpliciter » des (f. 292ᵛ cod. inferioris) vv. *de quo agit Aristoteles in libris posteriorum, unde haec sit prima quaestio.*

Codex eadem manu scriptus qua cod. 1285. In f. 1 praefert an. *1571* et in f. 58v *1572*. fortasse anni in quibus hae praelectiones habitae sunt.

Simplici membrana contectus saec XVI.

VII. 1291, mm. 205×140, ff. XIII et 292-633 (+ ff. 538a-f).

1 (f. 293r). *Expositio in libros posteriorum resolutoriorum*. Cap. 1 « Quodnam sit obiectum librorum posteriorum » inc. *Et quoniam haec quaestio pendet ex illa controuersia, an plura sint instrumenta sciendi.* Cap. ultimum « De comparatione instrumentorum scientiae quoad nobilitatem » des. *et non per causam, sed ipsamet causa. ergo...* 2 (f. 474). De *regressu*. Inc. *Licet haec tractatio statim post tractatum de demonstratione propter quid fuisset explicanda, tamen temporis angustia coacti in hunc locum reiecimus.* Des. *quo ostenditur propter quid effectus.* 3 (f. 487). Expositio in libros topicorum. Cap. I « De syllogismo topico » inc. *Diximus de demonstratiuo dicamus nunc de topico. Ea enim est ingenii nostri natura.* Ultimum cap. « De methodo resolutiua » des. *Propterea Aristoteles creberrime transitione utitur. Atque hactenus de methodo.* 4 (f. 539). *In Porphyrii introductionem explicatio*. Caput. I « An tractatio harum quinque vocum sit necessaria logicae » inc. « *Pro explicatione aduerte primo non est quaestio an hic liber Porphyrii sit pars logicae Aristotelis.* Cap. II « Quodnam sit subiectum huius libri » des. *Genus est id quod praedicatur de pluribus differentibus specie in quod ex Aristotele 6. top. c. 1 et 2.* 5 (f. 543). *In cathegorias Aristotelis*, quaestio unica « An hic liber sit Aristotelis » inc. « *Negat Iamblicus referente Boetio esse Aristotelis, eumque videtur sequi Antonius Mirandulanus.* Des. *quod primario significatur et importatur subiectum est.* 6 (f. 550r). *In libros Perihermenias explicatio*. Cap. I « De inscriptione » inc. *Inscribitur hic liber* περὴ (!) ερμενῆας (!) *quod nomen licet etiam sonet eloquutionem.* Cap. ultimum seu quaestio « An voces rem significent, an vero conceptus, an quid aliud » des. *quia earum veritas pendet ex subalternantibus, sunt simul uere et simul false.* 7 (f. 557). *In libros priorum Aristotelis*. Capita I-V. Cap. I inc. *Aristoteles aggressurus artem resolutoriam proponit subiectum.* Cap. V des. *ac propterea in aliis primo censetur.* 8 (f. 561). *In libros posteriorum*. Caput I inc. *Tres sunt partes huius capitis. In primo proponitur haec utilis propositio.* Cap. XV des. *quaenam sint mediatae, quaeque immediatae propositiones.* In ff. IV-VIII index contentorum.

Codicem exaravit eadem manus quae cod. 1285. Ff. I-III. VIII-XIII. 470-473. 479-487r. 521-525. 538v-538a. 626v-633 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

VIII. 1292 (olim 318, cf. tegumenti dorsum), mm. 198×135, ff. IX. 349.

Tractatus et quaestiones super primum et secundum librum physicorum. Volumen primum (secundum require in cod. 1285) CIↃIↃLXXII. Cap. I

« De nomine et definitione philosophiae » inc. *Quae olim sophia, postea a Pytagora philosophia, quasi amor et studium sapientiae.* Ultimum caput « De casu et fortuna » vix inceptum abrumpitur: *ut cum dicimus hominem fortunatum.* Sed in margine additur ratio: *Vide commentarium Francisci Toleti in physicorum, optime et ad mentem praeceptoris explicantem has causas per accidens;* praeit in ff. IV-VIII index capitum; ex notula apposita in f. VII^v conici posse videtur aliquem discipulum Laurentii Tasca has lectiones collegisse. Haec enim sic se habet: *Reliquae quaestiones, quae hic communiter moueri solent, missae fuerunt a praeceptore, quoniam in logica eas copiose pertractauit;* cf. eiusdem generis alteram notulam in f. V.

Ff. I-III. VIII-IX. 82^v-89. 320-330. 342-349 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1293. 1294. Saec. XVI, chart.

Sardi Benedicti, soc. Iesu, commentaria in Aristotelem.

I. 1293 (olim 369, cf. tegumenti dorsum), mm. 195×131, ff. III. 344.

1 (f. 1). *Tractatio* in libros Aristotelis de coelo. Cap. I (f. 2) « De iis quae pertinent ad substantiam coeli » inc. *An coelum sit natura distincta.* Cap. ult. « Quae sit pars coeli magis actiua » des. *illos, qui ponunt influentias;* praeit prooemium: *Haec tractatio comprehendit quinque membra - uel a forma intrinseca deducendo.* 2 (f. 57). ⟨Expositio et tractatus varii in I et II librum de generatione et corruptione⟩. Expositio: *Ante explicationem contextus primo aperiam quae sit subiecta materia. 2° quaenam inscriptio et diuisio operis.* Expositio in textum II libri des. *deficit nos uocabulorum usus;* sequuntur varii tractatus in particulares quaestiones libri I; [a] (f. 93) tractatus de generatione, qui inc. *Aristoteles primo libro de generatione corporis simplicis;* [b] (f. 117^v) *de alteratione;* [c] (f. 137) *de augmentatione;* [d] (f. 157) *de actione;* [e] (f. 177) *de mixtione;* [f] (f. 220^v) *de complexione* (summarium). Tractatus in II librum; [g] (f. 225) *de substantia elementorum;* [h] (f. 240^v) *de qualitatibus activis elementorum;* [i] (f. 264) *de qualitatibus motivis;* [k] (f. 277^v) *de igne;* [l] (f. 288) *de aqua.* des. *finis impositus fuit 17 nouembris et sequenti inchoati libri de anima.* (Nihil de hoc philosopho apud Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus).*

3 (f. 296). **De Gregoriis Hieronymi**, *patris magistri, explanatio in primum librum metheorologicorum Aristotelis.* Inc. *Prima dubitatio quod est obiectum horum librorum? Ut rem intelligas aduerto non posse nos habere praecisam rationem obiecti;* abrumpitur ultima dubitatio *de fontibus* vv. *prima proprietas est...* (Num et hic de societate Iesu?).

Plurima folia vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

II. 1294. mm. 198×135, ff. I. 64 et 280.

1 (f. 1). In libros I et II *de interpretatione*. Caput I « Quaestiones praemissae ante contextus explicationem » inc. *Antequam contextum Aristotelis agrediamur quatuor erunt a nobis breuiter explicanda, primum subiecta materia, secundum inscriptio.* Explicatio in librum II des. *maxima contrarietas est inter ista.* 2 (f. 41). *Explanatio in primum librum Priorum.* Inc. *Antequam contextus explicationem agrediamur tria erunt praemittenda. Primum constituatur ne ex libris priorum et posteriorum unum opus.* Des. *colligere autem omnes negative;* (f. 60ᵛ) index capitum. 3 (f. 61). Explanatio et tractatus in I et II posteriorum. Cap. I « Tractatio prima de posteriori parte analytica » inc. *In hac tractatione 5 breuissime explicabuntur, primo aperiam quodnam sit subiectum huius posterioris analysis.* Des. *quibus si qui fuerint destituti perexiguam aut nullam utilitatem ex studiis consequentur.* Inter explicationem textus inseruntur septem tractatus in I posteriorum, et unus in II. 4 (f. 233ᵛ). *Breves et succinctae paraphrases lib. I posteriorum.* Paraphrasis I inc. *Omnis doctrina et omnis disciplina siue a preceptore profluat.* Paraphrasis 44 des. *partem ergo uersus solem habet lucidam;* in f. 262 index capitum in libros posteriorum. 5 (f. 263). *Commentaria in octo libros topicorum* (potius initium commentarii). Cap. I « Quaestiones ante contextus explicationem » inc. *Antequam contextus explicationem agrediamur aliqua erunt praemittenda, sunt autem numero sex;* abrumpitur et capp. 10 et 11 vix summatim expressa desinunt: *abundare his orationibus et syllogismis.*

Ff. I. 61-64. 232ᵛ-233ʳ. 272ᵛ-280 vacua; ff. 208-232 alia manu scripta. Simplici membrana contectus saec. XVI.

1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. Saec. XVI, chart.

Perrerii (seu Pereyra) Benedicti, valentini, soc. Iesu, commentaria in Aristotelem.

I. 1295. mm. 132×95, ff. XII. 425.

1 (f. 2). In *logicam*. Inc. *(V)ere ac sapienter (ut omnia) illud ab Aristotele in 2° meteorologicorum scriptum fuit.* Des. *Ad categorias enim Aristotelis accedendum est; quae maiorem operam, studium atque diligentiam requirunt.* (Sed categoriae non sequuntur, et ff. 74ᵛ113 vacua relicta sunt ad eas inscribendas. De auctore cf. Sommervogel, qui nonnullos codices bibliothecae urbinatis huius auctoris opera continentes memorat, *Bibiothèque de la Compagnie de Jésus.* Paris Bruxelles 1895, tom. VI, col. 506). 2 (f. 114). *Annotationes super librum peri Hermen* (sic). Inc. *Quae est materia huius libri? Respondeo cum sit triplex enunciatio.* Des. *et alias saepe hoc genus argumentorum libenter usurpat.* 3 (f. 144). *In libros Priorum disputatio. Prima.*

inc. *Subiectum horum librorum est syllogismus.* Des. *Atque huius quidem prioris analytici operis hic sit finis.* 4 (f. 196). *Annotationes in libros Posteriorum.* Inc. *Vetus illud quidem ac pervulgatum est sed uere ac sapienter dictum.* Abrumpuntur comment. 49: de conclusione: *praeterea si praemissae sunt necessariae, quibus maior et minor...* 5 (f. 336). *Disputatio quaedam perutilis de varietate demonstrationis.* Inc. *In hac disputatione tria nobis declaranda sunt. Primum quot sint species demonstrationis.* Des. *sed quia tota uis demonstrationis pendet ex definitione subiecti.* 6 (f. 358). *Annotationes in libros Topicorum.* Inc. *Aristoteles in lib. posteriorum tradidit methodum conficiendi demonstrationes.* Des. *quae practermissae fuerunt ab Aristotele uerba faciemus.* 7 (f. 382). *Paraphrases in I librum Topicorum.* Inc. *Haec doctrina topica primum diuiditur in duas partes. Nam in 8° libris topicorum agitur de syllogismo.* Des. *eadem modo repetere superuacaneum duxi.* 8 (f. 388). *Sententiae selectae ex I libro Topicorum.* Inc. *De primis principiis scientiarum non est quaerendum propter quid sunt.* Des. cum sententiis desumptis ex capite XIV, *nam per se nota et certa non facile possunt fieri inductiones ab his, quae ignorant similia.* 9 (f. 390). *Paraphrases in libros II-VIII Topicorum.* Inc. *Explicatum fuit praecedenti libro quatuor esse problemata dialectica.* Des. *duobus libris elenchorum, quos deinceps nos pari breuitate et perspicuitate explicaturi sumus.*

Tituli litteris tum aureis tum rubris. In ff. 1 et 420 bina monogrammata Iesu Christi septis ovata forma inclusis et auro, lineis coloribusque decorata. Ff. I-XII. 74^{v}-113. 125-143. 195-235^{v}. 350^{v}-357. 381. 389^{v}. 406-425 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

II. 1296 (olim 339 et 214, cf. tegumenti dorsum), mm. 128×93, ff. II. 305 (+ ff. 106^{a}. 183^{a-c}. 192^{a}. 200^{a-d}).

1 (f. 1). ⟨*In libros I-IV priores Metaphysicorum*⟩. Inc. *Absoluta narratione totius philosophiae, quae continet scientiam rerum naturalium.* Des. ad cap. IIII de ideis secundum doctrinam platonicam: *Atque haec de ideis secundum doctrinam platonicam a nobis dicta et disputata sunt.* 2 (f. 184). *Annotationes quaedam in libros metaphysicorum.* Cap. I « In primum librum » inc. *Opus hoc Metaphysicorum continet 11 libros, nam quamuis numerentur 12, undecimus tamen, qui nihil aliud est quam epilogus.* Des. *et sic non essent optimum sortitae statum et essent imperfecte.* 3 (f. 193). *Disputatio quaedam de iis quae fiunt ex putri materia.* Inc. *Quum Aristoteles in hoc 7° libro metaphysicorum tex(tu) 13 ait, sicut in ijs quae fiunt ab arte.* Des. *conclusio huius rei non pendet nisi ex experientia.* 4 (f. 201^{v}). *Annotationes in Categorias...* Inc. *Prima quaestio apud ueteres peripateticos magnam difficultatem non habuit.* Des. *nulla explanatione nostra indigere uideantur;* praeit (f. 201) praefatio: *Ante tractationem categoriarum Aristotelis, quae est*

principium et quasi ianua - ad intelligentiam propositae dubitationis pertractabimus.

Tituli rubri. Ff. I. II. 59v. 106a. 183a-c. 192a-c. 200a-d. 301-305 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

III. 1297 (olim 334 et 213, cf. tegumenti dorsum), mm. 140×103, ff. VIII. 206.

Propositiones desumptae ex libris (I et II) *Physicorum Aristotelis*. Propositio 1 (f. 4). « Ex primo physico, ex textu primo » inc. *Tunc scimus unumquodque, cum causas eius cognoscimus. Vide simile p° posteriorum.* « Propositio 15a ex textu 52 » des. *Sed totam hanc disputationem copiose traditam lege apud Averroem, 2° phys., com 48°;* praeit prooemium: *Qui putant philosophiam naturalem aut nullo modo nobis discendam esse, aut certe leuiter attingendam - uos autem parem alacritatem et diligentiam ad audiendum conferre.*

Ff. I-VII. 88v-206 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

IV. 1298 (olim 335 et 209, cf. tegumenti dorsum), mm. 135×91, ff. VIII. 371.

1 (f. 1). *Scripta in octo libros physicorum Aristotelis* ⟨immo in I-VI et VIII⟩. Inc. *Antequam ad textum Aristotelis exponendum accedamus quaedam praefari opportet, quae a graecis dicuntur proleyomena.* Lib. V des. *quod est acquisitum ad id quod restat acquirendum;* sequuntur [1] (f. 263) annotationes in capp. I-III libri VI. Inc. *Primum uidendum est an continuum componatur ab indiuisibilibus et an sit diuisibile.* Abrumpitur *8a propositio. Sunt quaedam quae in eodem instanti incipiunt... ut in motu sunt mutata esse.* [2] (f. 299). Annotationes in librum VIII. Inc. *Merito hic octauus liber est ultimus omnum librorum physicorum. Nam perducit nos ad cognitionem eius.* Des. *Haec satius dicta sint super hos octo libros physicorum Aristotelis.* 2 (f. 353). *De uno*. Inc. *Varias significationes unius require apud Aristotelem in 5° met.... sed quoniam de unius seu unitatis natura... opusculum fecit Boetius plane aureolum.* Des. *qua unaquaeque res una est et est id quod est.* 3 (f. 356). *De discrimine inter physicam et scientias mathematicas et de arte*. Inc. *Quo facilius intelligantur ea quae dixit Aristoteles in 2° cap.* Des. *efficit ea quae natura ipsa fecisset.*

Tituli rubri. Inscriptio in f. 1 litteris tum rubris tum aureis, ibi etiam monogramma rectangulare nominis Iesu auro coloribusque pictum. In finibus librorum varia folia vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

V. 1299 (olim 336 et 278, cf. tegumenti dorsum), mm. 130×92, ff. 1-295.

1 (f. 10). *Tractatus I-IV de coelo*. Prooemium inc. *Quemadmodum iis qui in ingenti aliqua tempestate diu multumque iactati et conflictati fuerunt.*

Des. *Altera est an coelum sit corpus animatum.* Pars I (f. 13) cap. I « An coelum sit substantia composita » inc. *Haec quaestio duplici ratione difficilis est.* Pars IV cap. « De actione coeli » des. *quod Aristotelis doctrinae et peripateticorum non sit maxime consentaneum.* 2 (f. 71). *De generatione et corruptione.* Inc. *Magna est dignitas eius doctrinae, quae his duobus libris de generatione et corruptione traditur. Primum enim plurimum confert medicinae.* Des. *cum tractatu de* « misto » vv. *color per se nudus non potest conseruari in aqua. Potest tamen calor uitalis, qualis est is, qui est septus corpore piscis. Finis.*

Titulus primi operis litteris aureis ac rubris. Ff. 1-9. 65-70. 191. 275-295 vacua. Simplici membrana contectus saec. XVI.

VI. 1300 (olim 337, cf. tegumenti dorsum), mm. 130×97, ff. II. 371.

1 (f. 2). *Commentarii in librum III* Aristotelis de anima (cf. cod. 1301). Inc. *Hic incipit tertius liber de anima, cuius connexio cum praecedentibus duobus libris duobus modis fieri potest.* Des. *Atque haec a nobis dicta sint super hunc tertium librum de anima. Accedamus modo ad metaphysicam Aristotelis.* (Commentarios eiusdem in I et II librum require in codice inferiore). 2 (f. 165). Eiusdem (?) *tractatus* (I-IV) *de structura humani corporis.* Inc. *Tractationem de structura humani corporis in quattuor tractationes seu disputationes diuidimus. In prima de complexione humani corporis. In 2ª de quatuor humoribus eiusdem. In 3ª de partibus similaribus. In 4ª de dissimilaribus.* Cap. ultimum « De artubus » des. *Haec igitur de corpore organico dicta sint, quantum ad philosophiam naturalem spectat.* 3 (f. 311). *Disputatio de substantiis separatis diuinisque mentibus.* Inc. *Huiusmodi nostrae disputationis ratio eiusmodi a nobis instituetur. Primum quibus rationibus Aristoteles ea fuerit consequutus.* Des. *Ac praeclare celeberrimus Graeciae poeta cecinit in Iliadis...* 4 (f. 339). *Disputatio de actu et potentia.* Inc. *Duobus capitibus disputationem hanc digeremus. In primo de actu et potentia. In secundo de uno et multis disseremus.* Des. *simile est in exercitu.* 5 (f. 349). *De accidente, disputatio prima.* Inc. *Concludemus disputationem hanc aliquot quaestionibus dissolutis.* Des. *alias ad accidens ad substantiam comparatum.*

F. 371ᵛ: ⟨Scholium de partibus humani corporis⟩: *Constat corpus humanum ex trecentis et sexaginta uenis - ex Hippocratis libro de carnibus.*

Ff. 1. 163ᵛ. 164. 271ᵛ. 283ᵛ-310. 328-338. 347. 348. 362ᵛ371 vacua. Simplici membrana contectus saec. XVI.

VII. 1301, mm. 129×94, ff. II. 514.

Explanationes in I et II librum Aristotelis *de anima* (in ms. *in tres libros,* sed tertius liber est compactus cum alio opere in codice superiore quem vide). I lib. inc. *Materia horum librorum est anima. Hi enim tres libri inscri-*

buntur de anima. Idem patet ex processu totius operis. Lib. II des. *sensus erit in corde. Haec de sensibus interioribus. Finis. Laus Deo optimo maximo.*

Tituli et prima initialis rubra. Folii 1 margines septi sunt ramis florentibus, in medio folio post titulum monogramma nominis Iesu floribus frondibusque circumornatum; sub monogrammate cor, cui tres clavi affixi sunt. Ff. I. II. 54ᵛ. 503-514 vacua.

Contectus pelle subviridi cum ornamentis ex auro impressis saec. XVI.

1302 (olim 218, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 133×92, ff. 1-346.

1 (f. 9). **Bufali Stephani**, *rom., rev. patris* (soc. Iesu), *commentarii in Aristotelis meteorologica.* « Prima disputatio de his quae fiunt ex vapore aqueo » inc. *Quae fiunt ex uapore aqueo dicemus sequenti disputatione esse pluuias.* Ultima « De pluvie ac serenitatis signis » des. *pluuias nihil aliud esse nisi uapores frigefactos, ut docuit Aristoteles, sum. 3, c. 1;* praeeunt [1] (f. 9) prooemium: *Rerum meteorologicarum scientiam teste Aristotele hic lib. I, c. 1, meteorologiam ueteres appellarunt - instituam more nostro disputationes; sit igitur;* sequitur *Summa eorum quae ab Aristotele traduntur.* (De auctore cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* II, p. IV, p. 2275, sed nihil de eo apud Sommervogel).

2 (f. 69). *Problemata de elementis* ⟨ex commentariis collegii conimbricensis, societatis Iesu⟩. *Sectio prima de aqua* inc. *Cur aqua cum aliis duobus elementis superioribus nequaquam motu uacant.* Des. *propter innatam maximi caloris vehementiam quae in summo est. Hactenus ex conimbricense breuiter.*

3 (f. 74). **Mazzarelli Iulii**, *rev. patris* (soc. Iesu?), *commentarii in Aristotelis meteorologiam.* I disputatio « de ignibus qui sublime gignuntur ex primo Meteor. » inc. *Ignium, de quibus disserere propositum est, multae sunt differentiae.* Des. *extremo capite 8 et 10.* (Non novit Sommervogel).

4 (f. 104). *Summarium ex commentario conimbricensium in meteorologica III* « de tonitru » usque ad caput « de praesagiis temporum » inc. *Aristoteles lib. 2 Met. capite ultimo uaria physicorum placita circa generationem tonitrui.* Des. *imbrem siue tempestatem pronuntiant.*

5 (f. 129). **Marsiliae Antonii**, *rev. patris* (soc. Iesu) *neapolitani, tractatus exactissimus de scientia in communi.* « I dubitatio quid sit scientia habitualis » inc. *Supponimus dari scientiam actualem eamque recte definitam esse ab Aristotele.* Ultima disputatio « Utrum scientia et oppinio possint esse simul » des. *credibile est hominem esse risibilem. Atque haec de tota logica;* sequitur (f. 244) index dubitationum, et f. 246ᵛ index coronarum rosarii cum suis pretiis. (De auctore cf. Sommervogel, V, col. 611 sub nomine *Marsigli*).

Ff. 1-8. 73. 114-128. 243. 245-246ʳ vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1303. 1304 (olim 449. 450, cf. tegumentum). Saec. XVI, chart., mm. 135×98.

Clavii (Clau) Christophori (soc. Iesu) expositio in sphaeram Ioannis de Sacrobosco. Partes I-II.

I. 1303, ff. 1-296.

Pars I. (Saepe ed. cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, Paris-Bruxelles, 1891, 2, col. 1212 sq.).

Tituli rubri, in ff. autem 7. 8, litteris rubris simul et aureis. In f. 7 monogramma nominis Iesu auro et coloribus pictum. Ff 1-6. 7ᵛ. 270. 275ᵛ-276 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

II. 1304, ff. IX. 285.

Pars II. (Pariter ed., cf. cod. superiorem).

Ff. I-IX. 158-285 vacua.
Tegumentum uti in cod. superiore.

1305 (olim 217 et 415, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 142×97, ff. I. 187.

Barbarani Bernardini *de Vicentia, lectoris generalis ord. minorum observantiae regularis, epithomata super quaestiones Petri Tartareti physicalibus.* « Super prima », inc. *Cum dicit ibi* « per primam partem etc. » *Intellige quod non equaliter excluduntur isti tres habitus, quia per certitudinem opinio.* Annotationes hae super 3ª quaest. octavi libri Petri Tartareti desinunt: *Et quidquid est et potest esse omni laude dignius per infinita secula et in euum euorum. Amen.* Infra manu librarii litt. rubris: *Expliciunt luculenta epithomata... Bernardi Barbarani... de sancta ac aurea prouincia diui Antonii generalis lectoris... iuxta uiam diui aquilini doctoris Scoti. Ianuae dum ordinarie phylosophiam nec non logicam suis caris discipulis ac filijs legebat. Anno virginei partus et christianae salutis MCCCCCXX.* (Nihil de hoc scriptore apud Sbaralea et alios).

Tituli rubri. Ff. I. 184ᵛ-187 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI.

1306. Saec. XVI, chart., mm. 200×135, ff. 1-358.

Iacomini Iulii Caesaris, *pisaurensis*, can. reg., *tractatus super octo libros physicorum Aristotelis*. Lib. I « Tractatio prima de natura philosophiae » inc. *Cum institutum nobis est ea, quae Aristoteles in his octo libris tradidit, explicare, rem non modo utilem sed necessariam me facturum uideo.* Lib. VIII des. *hoc enim implicat sicut creatura sine creatore. Ad 2ᵃᵐ falso assumit.* Sequitur in ff. 314-357 index rerum, alphabetico ordine: *A. In Academia successio philosophorum. 3 - Adam. 1 - Ambrosius 2 - Viuentia quoad quantitatem extrin-*

secus aduenientem terminant extrinsece, minime quod non et maxime quoad non. 288.

F. 358ʳ alia manu stropha (vulgo *ottava*) *O uiua fiamma, o miei sospiri ardenti. - O spietata cagion de' miei tormenti.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Antonii Tosti, card. bibliothecarii.

1307. Saec. XVI, chart., mm. 202×129, ff. 1-66.

1 (f. 1). *Anotationes ex logica.* Inc. *Argumentatio est logicae subiectum.* Des. (de fallaciis syllogismi) *incertum est utrum Caesar Pompeium an Pompeius Caesarem uicturus sit.*

2 (f. 54). *Anotationes in libros de anima.* Inc. *Anima est actus secundum Aristotelem in 2° de anima, est actus primus substantialis corporis phisici organici.* Des. *unde Petrus: satagite ut per bona opera uocationem uestram certam faciatis.*

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1308 (olim 340, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 220×160, ff. 1-260.

Perrerii (Pereyra) Benedicti (soc. Iesu) *metaphysicorum* libri I-VI. Liber I inc. *Opus metaphysicum sic diuidendum et pertractandum esse duxi. Nam continebit opus hoc sex libros.* Lib. VI des. *Abscondit enim haec a sapientibus et prudentibus et reuelauit ea paruulis. Finis. Deo gratias.* Infra sententia ex Aristotele.

Simplici membrana contectus saec. XVI.

1309. Saec. XVI, chart., mm. 220×160, sed ff. 175-217 mm. 200×147, ff. 1-356 (+ ff. 150ᵃ. 164ᵃ. 217ᵃ. 348ᵃ).

Mercenari Archangeli, Piccolomini Francisci, Peregrini Thomae, Tomitani Bernardini quaestiones philosophicae in Aristotelis opera.

1 (f. 4). **M. A. J. P. E. P.** *1560* (**Mercenari Archangeli**?...) *de subiecto naturalis philosophiae.* Inc. (f. 5). *Mundum omnium productorum pulcherrimum, cuius autor absolutissima et perfectissima omnium causa est.* Des. *tempus est ut ad textus Aristotelis explanationem accedamus sub diuino gloriosi Dei numine. Cui quidem sit semper laus et gloria.* (De auctore cf. Papadopoli, Historia gymnasii patavini, Venetiis 1726, 1, p. 328).

2 (f. 17). ⟨**Mercenari**⟩ **Archangeli** *lectiones super primum librum de physico auditu.* Inc. *Entia quae a natura sunt composita esse statuit Aristoteles ab initio.* Des. *generatio non sit.*

3 (f. 151). *Quaestio de primo cognito.* Inc. *Decreui breuiter tractare quaestionem de primo cognito, alios imitans.* Des. *Siue per certum, siue per indifferens.*

4 (f. 165). **Mercenari Archangeli** *quaestio de primo cognito.* Inc. *Oritur dubitatio numquid uniuersale magis sit primo cognitum, an potius minus uniuersale.* Des. *non facit illud sed fit ab agente.*

5 (f. 175). **Piccolomini Francisci** (cf. Papadopoli, l. cit.) *ex lectionibus annotationes in physicam Aristotelis.* Inc. *Aristoteles in primo textu physicorum utitur proemio philosophico ostendens intentionem suam.* Des. *et cum sint plures numero generationes in omnibus intendit probare.*

6 (f. 218). **Peregrini (Thomae)**, *excellentissimi ac divinissimi, ord. praedicatorum, lectiones super primum* (et II) *Metaphysicorum. 4 die novembris 1566.* Inc. *Libros Aristotelis quos de prima philosophia conscripsit hoc anno a capite declaraturus, operae pretium factum arbitror.* Lib. II des. imperfecte: *sicut linum in hoc loco a filo, et cum vere...*

7 (f. 298). **Tomitani Bernardini** *quaestiones super praedicamentis Aristotelis.* Inc. *Super libro praedicamentorum uariae et difficiles questiones mouentur. Sed quatuor potissimum sunt a nobis consideranda.* Des. imperfecte: *in ista ratione non accipitur manus et caput pro fundamento relationis modo...*

8 (f. 349). *Tabulae quaedam in Logica.* « Tabula primae et secundae intentionis » inc. *Prima notio siue intentio est primus conceptus.* Sequuntur « tabula prolegomenum » « Tabula sufficientiae praedicabilium »... des. cum logicae variis definitionibus vv. *ultima est praeceptoris mei Tomitani... haec definitio est optima ut in eius declaratione satis abunde patet.*

Codex diversis libellis in unum coactis efformatus, ideo variis fortasse variorum discipulorum manibus scriptus est. In f. 1 parvus index contentorum. In f. 3 notula de lectionibus *Pendacij super tres primos Physicae et de lectionibus Peregrini.* Ff. 1^v. 2. 4^r. 86^v. 134^v. 150^v. 150^a. 173^v. 174. 207^a. 348^a. 356^r vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Antonii Tosti, card. bibliothecarii.

1310. Ann. 1536-1537 (cf. f. 2 et 208^v), chart., mm. 195×160, ff. 1-250.

Buccaferri Ludovici, *bononiensis*, (commentarius collectus a discipulo quodam, *ann. 1536-1537*, in libros I-II Aristotelis de generatione et corruptione). Inc. *Conueniunt omnes expositores de ordine doctrine huius libri, scilicet quod est tertius inter reliquos naturales libros, ratio autem diuersimode assignatur.* Des. *sic habetur quies et non finis libri 2^i de generatione et corruptione, ab ecc° ac nostrae aetatis unico dño Ludovico Buccaferrea, bononiensi, expositorum dignissimo summa cum diligentia fideliter expositi. Finis non, sed quies.* (Anno 1536 lectiones fuerunt nonaginta, sed aliae lectiones 1-18 habitae sunt an. 1537).

Ff. 1^v. 249^v. 250 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1311 (olim 256, cf. f. 1). Saec. XVI, chart. mm. 260×215, ff. I. 156.

1. **Iacomini Iuli Caesaris** (pisaurensis) [1] (f. 1) *expositio in libros Aristotelis de caelo et mundo.* Inc. *Aristoteles tractans de corpore simplici diuidit nostram tractationem in duas partes; in prima parte exponit quomodo simpliciter corpora.* Des. *quamuis hoc multum adiuuat eos qui tenent dari influentias;* sequitur (f. 20) index rerum. [2] (f. 28). *Expositio in I et II librum de generatione et corruptione.* Inc. *Antequam ad tractationem accedamus aperiamus quae sit substantia materiae.* Des. *de his quaestionibus terrae uide fusius apud astrologos;* sequitur (f. 98) index rerum. [3] (f. 107). *In libros metheorologicos Aristotelis perpulchrae quaestiones.* Inc. *Priusquam ueniam ad ea, quae philosophus de rebus metheorologicis tradit, proponam nonnullas dubitationes.* Des. *finem posuimus curiculo philosophiae;* sequitur (f. 122) index rerum.

2 (f. 129). **Perrerii (Pereyra) Benedicti** (soc. Iesu) *adnotationes* (seu) *quaestiones in libros methaphysicae Aristotelis.* Inc. *In primis explicanda est diuisio philosophiae in practicam et speculatiuam.* Des. *in uno secundo meliore quod Aristoteli ipsi erat;* sequitur (f. 152) rerum index.

Codex una manu scriptus sed propter atramenti corrosionem difficile legitur. Ff. I^{v}. 22^{v}-27. 103^{v}-106. 127-128 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1312 (olim 286, cf. f. 2). Saec. XIV, membran., mm. 220×152, ff. 1-134.

Aristotelis et **Porphyrii** logicorum opp. variis interpretibus; **Gilberti Porretani** sex principiorum liber.

1 (f. 2). **Porphyrii** (in ms. *Porfilii)* isagoge ⟨Severino Boetio interprete⟩. (Saepissime ed., contuli cum ed. in opp. Aristotelis, Venetiis apud Iuntas, 1552, I, f. 1-9).

2 (f. 9). **Aristotelis** praedicamenta ⟨Severino Boetio interprete⟩ (l. cit., f. 12-31).

3 (f. 22). **Gilberti Porretani** sex principiorum liber (l. cit., f. 31^{v}-34^{v}).

4. **Aristotelis** [1] (f. 28^{v}) de interpretatione (in ms. *Peri yerminias)* ⟨Severino Boetio interprete⟩ libri I-II cum raris scholiis (l. cit., f. 35-51^{v}). Clauditur subscriptione: *Explicit... Ista logica est ad usum fratris Iohannis Zalneti de Taurino. Amen.* [2] (f. 38). Topicorum libri I-VIII ⟨iuxta veterem versionem, sed haec differt verbis et contractior est quam ed. apud M. Patr. lat. 64, col. 909 sqq. inter opp. Severini Boetii⟩. [3] (f. 72). De sophisticis elenchis libri I-II, iuxta veterem versionem, verbis differt ab ed. in opp. Aristotelis, l. cit., f. 321-340). [4] (f. 83). Analyticorum (in ms. *Analeticorum)* priorum libri I-II ⟨iuxta veterem versionem, verbis differt ab ed. l. cit.,

f. 53ᵛ-126⟩. [5] (f. 112ᵛ). Analyticorum posteriorum libri I-II ⟨iuxta veterem versionem, uti in opp. s. Thomae, Romae 1570, I, f. 16ᵛ-71ᵛ⟩.

Codex, qui convenit n. 217 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores coloribus pictas, minores caeruleas ac rubras alternas. In f. 1ᵛ posterius picta templi frons, frondibus laureis lineisque aureis efformatus, in quo tituli operum, litteris, alternis lineis, rubris et caeruleis. In folii 2 margine inferiore posterius picta tessera gentilicia stemmate pontificio et quatuor aquilis praedita cum litt. F(ridericus) D(ux). In f. 37 et 134ᵛ subscriptio possessoris: *Ista logica est ad usum fratris Iohannis Zalneto de Taurino.* Ff. 1ʳ. 37ᵛ. 135 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1313. Saec. XV, membran., mm. 255×163, ff. I. 147.

Platonis, Hippocratis, Diogenis, M. Bruti, Phalaridis epistolae variis interpretibus.

1 (f. 4). **Platonis** epistolae 1-12 a Leonardo Bruni, aretino, e graeco in latinum versae. I « Dion syracusanus Dionysio et fratribus » inc. *Ego tam longa uobis opera assiduitateque impensa uestrumque administrans imperium.* Ultima « Plato atheniensis (!) » des. *Itaque nihil est opus cohortatione.* (Omnes et eodem ordine, quo apud Bandini, Biblioth. laurentiana, III, col. 113 sq.); praeeunt [1] (f. 2) interpretis dedicatio ad Cosmum de Medicis: *Inter clamosos strepitus negotiorum, et* [2] (f. 3ᵛ) argumentum (cf. ibid.).

2 (f. 41). **Hippocratis** epistolae 1-14, ⟨Rinucio aretino, interprete, cf. Bandini, l. cit., 2. col. 657⟩: I « Regis Artaxerxis ad Petum » inc. *Morbus qui appellatur pestis nostrum inuasit exercitum.* Ultima « Hippocrates Democrito » des. *Quare ad utriusque huiusmodi facultatis cognitionem accedere uelis;* praeit interpretis dedicatio ad Nicolaum IIII (!), summum pontificem: *Philippus mediolanensis, uir inter Medentes nostri temporis praestantissimus - eas romano sermone loquentes audire dignetur.* (Epistolarum laconicarum farragines duae, Basileae 1554, per Ioannem Oporinum, p. 63-119, desunt tamen in ms. epist. 6-11 et 17; falso in ed. cit. et in codd. Rinucius dicitur florentinus, cf. Zeno, *Dissertazioni Vossiane,* Venezia, 1753, 2, p. 210 sq.).

3 (f. 61). **Diogenis** epistolae 1-47 Francisco (Griffolini), aretino, interprete. I « Diogenis Crateti » inc. *Audio quam iniquo animo feras.* Ultima « Epimenidi » des. *polliceri autem perfacile* (omnes eodem ordine, uti in ed. cit., p. 124-178); praeeunt [1] (f. 59) interpretis elegia ad Pium II: *Ad Vaticani preclara palatia Petri - Candidus exuperes seruis astra Pie,* (deest in cit. ed.); [2] (f. 60) eiusdem praefatio ad eundem: *Diogenis philosophi epistolas nuper a me e greco in latinum traductas - Nunc ad ipsum Diogenem ueniamus.* (Ed. cit., p. 120-123).

4 (f. 81ᵛ). **M. Bruti** epistolae 1-71, Rinucio (in ms. *Renutio),* aretino, interprete. I « Mithridati » inc. *Bruti epistolas iterum ac sepius sum admi-*

ratus. Ultima « Dama Bruto » des. *id eos denegare necesse est;* praeit interpretis epist. ad Nicolaum V: *Solent, beatissime pater, qui inuigilant alicui operi - procul dubio caras habebit.* (Ed. cit., p. 24-62).

5 (f. 100ᵛ). **Phalaridis** epistolae 1-140 Francisco (Griffolini), aretino, interprete. I « Phallaris Alcibo » inc. *Polidetus* (! pro Polycletus) *Messenius, quem proditionis apud ciues tuos insimulas.* Ultima « Phalaris Eyanoto » des. *sed summae bonitatis premium accepissent;* praeit (f. 98) interpretis praefatio ad illustrem principem Malatestam Novellum: *Vellem, Malatesta Nouelle princeps illustris, tantam mihi dicendi facultatem dari - Sed iam Phalarim audiamus.* (Romae 1475).

Codex, qui convenit n. 225 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas ramis et coloribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus aureus, floribus circumornatus cui circumstant quinque circuli minores, in quibus nomina auctorum. Folii 2 tres margines intextis ramis coloribusque picti; in parte inferiore aquila colore cano, quae sustinet tesseram gentiliciam urbinatem nullis aquilis praeditam. Ff. I. 1ʳ. 40ᵛ. 94-97. 146. 147 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1314. An. 1472 (cf. f. 116. 132ᵛ et 165), membran., mm. 260×166, ff. I. 167.

Platonis opera, Leonardo (Bruni), aretino, interprete. 1 (f. 3). Phaedon. Inc. *Ipse affuisti, Phedon, ea die qua Socrates uenenum bibit in carcere, an ab alio quodam audiuisti?.* Des. *uiri, ut nos arbitraremur, omnium quos experti sumus, optimi et preterea sapientissimi atque iustissimi;* praeit (f. 2) interpretis prologus ad Innocentium papam VII: *Qui laudant sanctitatem tuam, beatissime pater, opus certe bonum ac pium agere pergunt. - Sed iam satis, ad interpretationem ipsam accedamus.* 2 (f. 54ᵛ). Gorgias. Inc. *Belli et pugne oportere aiunt, o Socrates, ita participem esse.* « Socrates » *An quemadmodum dici solet post festiuitatem uenimus tardique sumus?* Des. *non ad illam ad quam tu me cohortaris; nam est nullius digna, o Callicles;* praeit (f. 54) interpretis praefatio: *Gorgia Leontino, qui primus profiteri ausus est - Respondet Socrates. An est quemadmodum dici solet.* 3 (f. 119). Phaedrus. Inc. *O amice Phedre, quonam et unde? A Lisia, o Socrates, Cephali filio. Pergo autem deambulationis gratia muros extra.* Des. *Si pergat adhuc tuum, alium suum conferre;* praeeunt [1] (f. 117) interpretis praefatio ad Antonium Luscum: *Subgloriari licet,... uidentissime Lusche, praesertim ad te scribenti - cum initium ipsum tam luculentum aspicias;* [2] (f. 118ᵛ) argumentum: *Lysias fuit orator, antiqua, ut quidam tradunt, origine syracusanus - O amice Phedre quonam et unde.* 4 (f. 134). Apologia Socratis. Inc. *Quid uobis acciderit, iudices, ab accusatoribus meis nescio; mihi certe ipsi hoc accidit ut pene obliuiscerer mei.* Des. *incertum est omnibus praeter quam Deo;* praeit (f. 133)

argumentum: *Socrates philosophus, uir omnium innocentissimus. - victorie tamen inimica fuere.* 5 (f. 155). *Crito vel de eo quod agendum.* Inc. *Quid tu hoc temporis venisti, o Cryto? An non ualde ante lucem adhuc est? Nimium uero.* Des. *quoniam hac Deus agendum monstrat;* praeit (f. 154) interpretis arg.: *Damnato Socrate et in carcerem truso mora longior intercessit - ad cognitionem disciplinamque nostram.* (De his versionibus Leonardi Bruni cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, IV, p. 2215 sq.).

Codicem, qui convenit n. 223 veteris indicis urbin., uti legitur in subscriptionibus ff. 116. 132ᵛ. 165 *scripsit Gherardus del Ciriagio, florentinus, anno MCCCCLXXII pro magnifico domino dom. Federico Urbini et Montisferetri domino. Procurante Vespasiano Filippi, principe omnium librariorum florentinorum. Laus Deo.* (De hoc scriba cf. Bradley, *A dictionary of miniaturists,...* London, 1887, 1, p. 230). Tituli et interlocutorum nomina rubra, initiales tam maiores quam maximae aureae lineis coloribusque decoratae sunt. In f. 1ᵛ circulus maximus aureus ramis florum ornatus, cui circumstant sex circuli minores, in uno tessera gentilicia urbinas duabus aquilis praedita, in aliis tituli dialogorum Platonis. Folii 2 tres margines ramis florum decorati sunt, in parte inferiore circulus aureus, quem sustinent quatuor puelli; in circulo aquila nigra monstrat tesseram gentiliciam urbinatem una aquila praeditam. Ff. I. 1ʳ. 116. 165ᵛ-167 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1315. 1316. 1317. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 249×179.

Platonis opera, Marsilio Ficino interprete.

I. **1315** (olim 278, cf. f. 1), ff. 1-318.

1 (f. 1). Convivium. (Saepe ed., contuli cum ed. Basileae 1551, p. 416-440). 2 (f. 71). Menexenus (l. cit., p. 521-528). 3 (f. 92). De republica, dialogi I-VI (l. cit., p. 530-614).

Pelle nigra contectus saec. XVI-XVII.

II. **1316** (olim 279, cf. f. 1), ff. 1-273.

1 (f. 1). De republica, dialogi VII-X, (l. cit., p. 617-672. 2 (f. 136). Timaeus, vel de natura (l. cit., p. 700-734). 3 (f. 240). Critias vel Atlanticus (l. cit., p. 736-742). 4 (f. 262). Axiochus, Rodulpho Agricola interprete (l. cit., p. 949-952).

Tegumentum uti in codice superiore.

III. **1317** (olim 280, cf. f. 1), ff. 1-388.

1 (f. 1). Sophista vel de ente (l. cit., p. 175-197). 2 (f. 56). Civilis vel de regno (l. cit., p. 200-223). 3 (f. 118). Protagoras vel sophistae (l. cit., p. 227-250). 4 (f. 180). Euthydemus vel litigiosus (l. cit., p. 252-268). 5 (f. 256). Hippias minor, vel de mendacio (l. cit., p. 269-275). 6 (f. 244). Charmides vel de temperantia (l. cit., p. 278-288). 7 (f. 275).

Laches vel de fortitudine (l. cit., p. 290-300). 8 (f. 307). Clytipho vel exhortatorius (l. cit., p. 300-302). 9 (f. 314). Cratylus vel de recta nominum ratione (l. cit., p. 307-332).

Tres codices versiones Ficini continentes una manu atque uno exemplo transcripti videntur ex libro impresso.

Tegumentum uti in codice superiore.

1318. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 231×171, ff. II. 152.

Aristotelis 1 (f. 1) topicorum libri I-VIII (iuxta veterem versionem) cum scholiis. Inc. *Propositum quidem negocii est methodum inuenire a qua poterimus de omni proleumate* (!) *sillogizare ex probabilibus, et ipsi disputationes sustinentes nihil dicemus repugnans.* Des. *hae uero sunt universales ad quas habundare difficile est continuo;* sequuntur (f. 60ᵛ) nonnullae sententiae ex Aristotele cum scholiis fere evanidis. Cf. cod. 1312. 2 (f. 61). Elenchorum libri I-II iuxta veterem versionem. Inc. *De sophisticis autem elenchis et de his qui uidentur quidem elenchi, sunt autem paralogismi sed non elenchi.* Des. *de inuentis autem multas habere grates.* (Cf. opp. Severini Boetii, M. Patr. lat. 64, col. 1007). 3 (f. 81). Analyticorum priorum libri I-II cum scholiis evanidis. Inc. *Primum oportet dicere circa quid et de quo est intentio.* Des. *si autem non erit unicuique signum. Amen.* (Cf. M. l. cit., col. 639). 4 (f. 122). Analyticorum posteriorum libri I-II cum scholiis fere evanidis. Inc. *Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiua fit ex praeexistenti cognitione.* Des. *sic autem similiter se habet omne uerum.* (Cf. M. l. cit., col. 711). Sequuntur (f. 151) alia manu nonnullae sententiae ex libris Aristotelis.

Codex, qui convenit n. 218 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas rubras et caeruleas alternas lineis coloribusque ornatas; initialis prima et titulus posterius addita auro suffusa. In f. IIᵛ posterius pictus circulus magnus aureus et caeruleus, floribus decoratus, quem ambiunt quatuor circuli minores cum titulis operum. In folii 1 margine inferiore posterius addita tessera gentilicia Friderici Urbini comitis, quatuor aquilis, corona et stemmate pontificio praedita. In f. 151ᵛ subscriptio possessoris: *Istum librum idest textum artis noue emi ego frater Marianus Angeli de Bonaccursis ab una muliere Parisius die decimo nono madij presente d. magistro Enrigo de collegio Navarre. Anno Domini MCCCCLIIII.* Ff. I. IIʳ. 152-153 vacua.

1319. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 249×180, ff. III. 145.

Aristotelis et Pseudo Aristotelis opera. 1 ((f. 1). De somniis. Inc. *Post haec autem quaerendum est de somniis.* Des. *necessarium accidisse contrarietatem hanc.* (Aristotelis opp., Venetiis apud Iuntas, 1550, VI, f. 198ᵛ-200). 2 (f. 9). De divinatione per somnum. Inc. *De diuinatione uero, quae in somnis fit.* Des. *quae ex somniis est diuinatione dictum est* (l. cit., f. 200-200ᵛ). 3 (f. 13). De longitudine et brevitate vitae. Inc. *De eo autem quod est haec quidem esse longae uitae animalium.* Des. *quae de animalibus methodus* (l. cit., f. 255-256). 4 (f. 19). De iuventute et senectute, vita et morte

et respiratione. Inc. *De iuuentute autem et senectute et uita et morte nunc dicendum.* Des. *fere dictum est de omnibus* (l. cit., f. 257-262). 5 (f. 43). *Libri de sanitate et morbo initium* (l. cit., f. 262). 6 (f. 44). De animalium motu. Inc. *De motu autem animalium quaecumque circa unumquodque genus ipsorum.* Des. *reliquum autem est de generatione dicere* (l. cit., f. 203-205ᵛ). 7 (f. 58). De animalium incessu ⟨Nicolao Leonico Thomaeo interprete⟩. Inc. *De commodis autem animalium partibus ad illam quae per locum est motionem.* Des. *proximum est de anima contemplari* (l. cit., f. 104-108). 8 (f. 80). Physiognomica ⟨Bartholomaeo de Messana interprete⟩. Inc. *Quod et animae sequuntur corpora et ipsae secundum seipsas non sunt impassibiles.* Des. *et prudentiae plurimae decor apparet* (ed. cit., 1552, VII, f. 72ᵛ-76; cf. Förster, Scriptores physiognomici graeci et latini, Lipsiae 1893, 1, p. 5-91). 9 (f. 103). Metaphysicorum libri XIII-XIV. Lib. XIII inc. *De sensibilium itaque substantia quaenam sit dictum est.* Lib. XIV des. *nec ipsa quidem sint principia* (ed. cit., VIII, f. 159-168).

Codex uti 1315-1317 ab aliquo libro impresso transcriptus videtur. Mentionem huius codicis vide apud Förster, l. cit., p. LII.

Corio contectus ac fibulis clausus saec. XVI-XVII.

1320 (olim 297, cf. f. 1). Saec. XV, chart., interdum membran., mm. 287×198, ff. I. 239.

1. Aristotelis *de animalibus* libri I-X, *Georgio Trapezuntio interprete.* Liber I inc. *Animalium partes quedam sunt incomposite, que in similes, quedam composite, que in dissimiles partes diuiduntur, sicut manus non in manus, nec facies in faciem diuiditur.* Lib. X (qui inc. f. 230ᵛ) des. *Si uero aliud quid magnitudo illa sit, frigidus erit tactu et non siccus, semperque os simile habebit. Finito libro laus sit et gloria Christo.* Deest initio dedicatio ad Nicolaum V pont., quae in aliis codicibus. 2 (f. 114). De animalium partibus libri I-IV, ⟨eodem interprete, cf. Bandini, Biblioth. laur., 3, col. 243⟩. Lib. I inc. *In omni theoria et methado* (!) *tam humiliore, quam nobiliore similiter duo modi habitus esse uidentur.* Lib. IV des. *quibus determinatis, consequens est ut quae ad generationes animalium pertinent percurramus.* 3 (f. 163ᵛ). De generatione animalium libri I-V. ⟨eodem interprete, cf. Bandini, l. cit.⟩. Lib. I inc. *Verum quoniam de aliis animalium partibus et communiter et per unumquodque genus de propriis seorsim dictum est.* Liber V des. *de aliis partium passionibus, quas non alicuius gratia sed ex natiuitate et per motiuam causam gigni accidit.* (De his Trapezuntii versionibus, cf. Bandini, l. cit.).

Codex, qui convenit n. 212 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores tum caeruleas, tum rubras, maximas autem lineis coloribusque decoratas. Ff. I. 236-239 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1321. Saec. XVII, chart., mm. 280×204, ff. I. 41.

Aristotelis mechanica Victoris Fausti industria in pristinum habitum restituta ac latinitate donata. Inc. (f. 3). *Admirationi solent esse tum ea naturae opera, quorum de causa non liquet, tum quae praeter naturae legem in usu hominum arte et industria comparantur.* Des. *propterea necesse est cuncta in id medii simul aggregata cogantur;* praeit (f. 1) interpretis dedicatio ad Iohannem Baduarium, equitem: *Anno superiori, qui tertius agebatur mihi pene afflicto - nouo hoc et inespectato munere impartires.* (Imprimebat Venetiis, Ioannes Badius, 1517; ex editione codex transcriptus videtur; de interprete cf. Agostini, *Scrittori Veneziani,* Venezia 1754, 2, p. 448 sqq.).

Ff. I. 23-41 vacua.
In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1322 (olim 309, cf. f. 1). Saec. XV-XVI, chart., mm. 293×211, ff. II. 143.

Aristotelis problemata, per species collecta, a Georgio Trapezuntio traducta. Particulae I-XXXXIV. Particula prima, « Pertinentia ad medicinam » inc. *Quamobrem magni excessus inductiui aegrotationum sunt? uel quare defectum excessumue faciunt quod egrotatio erat.* Particula XXXXIV « De iis quae pertinent ad nares » des. *cuius signum quod omnes infantes simi sunt... Deo gratias.* Infra litt. rubris: *Non erant plura in exemplari greco unde traduxi. In ueteri autem interpretatione pauca quedam adduntur quae si cui placet inde huc transferat. Nos enim non putauimus officij nostri esse id facere.* (Cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, 3, col. 341). Prioribus XI particulis adscripta sunt scholia alia manu: I. « Quamobrem » *Excessus et defectus magni qualitatum primarum cibi... quoniam morbus excessus uel defectus alicuius istorum est.* Sequuntur [1] (f. 137^{v}) *Georgius Trapezuntius* viro claro: *Philosophia est uehemens amor cognoscendarum humanarum diuinarumque rerum - cum magna ignominia omnium, qui ipsas persecuti sunt;* [2] (f. 138^{v}) tabula problematum secundum Aristotelem et Trapezuntium; [3] (f. 139^{r}) tabula problematum secundum ordinem quem *Theodorus Cages* (!) (i. e. Gaza, sic enim per irrisionem eum appellabat Trapezuntius) *particulis in peruertendo impegit uerbis suis conscripta... in unum coniuncta diuidit atque disiungit.*

Tituli litteris rubris, initiales desunt. Ff. I. II^{r}. 139^{v}-143 vacua.
In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1323 (olim 310, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 275×190, ff. 1-175.

Aristotelis problemata Theodoro Gaza interprete. Partes I-XX. Pars I inc. *Cur exuperantiae nimiae committendi morbi uim habeant. An quia uel excessum uel defectum efficiant.* Pars XX des. *Terrenum namque omne cum uri-*

tur nigrum effici solitum est. (Aristotelis opp., Venetiis apud Iuntas, 1552, VII, f. 1-53ʳ).

Codex, qui convenit n. 213 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros praeter primum, qui litt. aureis caeruleisque scriptus est. Initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae floribus decoratae sunt In f. IIᵛ circulus maximus auro floribusque exornatus, in medio circulo titulus operis. Folii 1 margines tres decorati sunt auro, floribus avibusque. In parte inferiore duo pueli aligeri sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia Friderici urbinatis comitis, quatuor aquilis et stemmate pontificio praedita. Ff. I. IIʳ. 174ᵛ. 175 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1324 (olim 303, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 269×177, ff. II. 140.

Aristotelis Moralium seu Ethicorum Nicomacheorum libri I-X, Ioanne Argyropylo interprete. Lib. I (f. 5ʳ) inc. *Omnis ars omnisque doctrina atque actus itidem et electio bonum quoddam appetere uidetur.* Lib. X des. *Haec itaque aggredientes deinceps dicamus;* praeit (f. 2) interpretis praefatio ad Cosmam Medicem: *Si ea mihi seruanda sunt erga te - nostra sub potestate sunt collocata.* (De edd. cf. Bandini, Bibliotheca laurentiana, III, col. 169-171).

I F. 1. *Federici Veterani* manu nota de natali *Guidubaldi II Feltrii de Ruuere Francisci M^ae I filii,* qui fuit: *anno Domini 1514, die II aprilis, die dominica, ora noctis quinta ½ et eodem nomine baptizatus est.*

II (f. 1ᵛ). Eiusdem epigramma in hunc librum Ethicorum, *ualde familiarem illm̃o ac diuino principi Federico...: Parcite uos omnes qui pulcro hoc ordine libri / Hic statis, merito carior iste mihi est - perpetuumque malum.*

Codex, qui convenit n. 208 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, maximas autem aureas floribus decoratas. Folii 2 margines ornati sunt intextis ramis, auro, coloribus et avibus; in parte dextera caput philosophi (Aristotelis an Argyropyli?); in parte inferiore duo pueli aligeri monstrant tesseram gentiliciam Friderici, Urbini comitis, una aquila praeditam.

In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1325. Saec. XIV, membran., mm. 310×205, ff. I. 98.

Aristotelis moralium ad Nicomachum libri I-X, iuxta translationem graeco-latinam. Lib. I inc. *Omnis ars et omnis doctrina similiter autem et actus et electio bonum quoddam appetere uidetur.* Lib. X des. *et quibus legibus et consuetudinibus uteris. Dicamus igitur incipientes;* sequitur index argumentorum librorum I-X: *Primus liber est de fine uirtutum, qui dicitur felicitas - Decimus de delectatione et felicitate.* (Contuli cum textu in opp. S. Thomae, Romae 1570, V, f. 1-142ʳ; cf. Jourdain, *Recherches sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote,* Paris 1843, p. 437). In codice adsunt glossae inter lineas, notulae et summaria capitulorum in marginibus et inter textum, lineis rubris obsignata.

I. F. 98 alia manu, sententiae ex variis auctoribus: I *Augustini: Equitas est iustitia miro condimento temperata; Tullius: Consilium est aliquid faciendi uel non;* postrema *Aristotelis* (?): *Ad adiscendum quod opus est nulla mihi etas sera uideri potest.*

II (f. 98ᵛ): Scholia duo. I: de divisione scientiarum. II: de cognitione et appetitu boni.

Codex, qui convenit n. 207 veteris indicis urbin., duabus columnis scriptus, titulos praefert rubros, initiales maiores lineis, maximas autem lineis coloribusque distinctas. In f. 1ʳ manu saec. XV magnus circulus auro, coloribus, flosculis decoratus, in medio circulo titulus operis litteris, lineis aureis caeruleisque exornatus. In folii 2 marg. inferiore in corona laurea addita est eodem saec. XV tessera gentilicia Friderici, Urbini comitis, corona, quatuor aquilis, stemmate pontificio praedita. F. I vacuum est.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1326 (olim 306, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 297×186, ff. III. 160.

Aristotelis 1 (f. 3ʳ) politicorum libri I-VIII, Leonardo (Bruni), aretino, interprete. Lib. I inc. *Quoniam uidemus omnem ciuitatem esse societatem quandam.* Lib. VIII des. *hc tres determinationes sunt in doctrina faciende medium possibile ac decens;* praeit (f. 2) interpretis praefatio: *Inter moralis discipline precepta, quibus humana uita instituitur et docetur - et quidem necessarium ad uitam suscepturos.* (De variis edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori* 2. IV, p. 2207). 2 (f. 151ʳ). Oeconomicorum libri I-II, eodem interprete. Lib. I inc. *Res familiaris et res publica inter se differunt.* Lib. II des. *etiam ad uxorem et filios et parentes;* praeit (f. 150ᵛ) interpretis praefatio ad Petrum Medicem: *Pretiosa sunt interdum parui corporis quod interdum lapilli gemmeque testantur - Nunc ad textum Aristotelis ueniamus.* (De edd. cf. Mazzucchelli, l. cit.).

Codex, qui convenit cum n. 209 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, praeter primum aureum; initiales librorum aureas ramis coloribusque decoratas. In f. 1ʳ aedicula cum titulis operum litt. alternis lineis aureis caeruleisque; in summa aedicula monogramma: YhS litt. aureis; in ima scutum ad excipiendum stemma. Folii 2 tres margines globulis aureis ac floribus ornati sunt; in parte inferiore a duobus puellis aligeris sustentatur corona laurea, in qua aquilae nigrae applicita est parva tessera gentilicia una aquila praedita, hinc inde F⟨ridericus⟩ C⟨omes⟩. In prima initiali, I, vas vitreum caeruleum praeferens fasciculum florum. Ff. I-III. 1ʳ. 159. 160 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1327 (olim 307, cf. f. 1). Saec. XIV, membran., mm. 300×198, ff. II. 83.

Aristotelis meteorologicorum libri I-IV, ⟨iuxta versionem graeco-latinam⟩. Lib. I inc. *De primis quidem igitur causis nature et de omni motu naturaliter, adhuc autem et secundum superiorem lationem preornatis astris, et de elementis corporalibus quot et que.* Lib. IV des. *et tandem de his constituta uelut hominem, plantam et alia talia.* (Ed. Parisiis in aedibus Henrici Stephani 1515,

f. 183-244, sed vv. differt; cf. Jourdain, *Recherches sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote,* Paris, 1843, p. 168 sqq. et p. 415).

Codex binis columnis scriptus titulis et initialibus caret. Ff. I-II. 82^v-83 vacua. In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1328 (olim 1107, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 292×198, ff. III. 91.

1 (f. 1). **M. Catonis** de agricultura liber.

2 (f. 31). **M. ⟨Terenti⟩ Varronis** rerum rusticarum (in ms.... *de agricultura)* libri I-III.

Codex, qui convenit n. 436 veteris indicis urbin., titulum primum praefert rubrum, initiales maiores tum caeruleas, tum rubras, tum aureas coloribus ac lineis decoratas, initialem primam auream fruticum ramis et coloribus ornatam. In f. III^v circulus corona laurea efformatus, in quo tituli operum litt. rubris. Folii 1 tres margines ramis, auro, coloribus et avi decorati sunt; in parte inferiore in corona laurea tessera, una aquila praedita, et litt. F[idericus] D[ux]. Ff. I-III^r. 29. 30. 89^v-91 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1329 (olim 488, cf. f. 1). An. 1458 (cf. f. 63), membran., mm. 244×170, ff. V. 66.

1 (f. 1). **Euclidis** optica (in ms. *de aspectuum diversitate)* ⟨iuxta versionem veterem, diversam ab editis⟩. Inc. *Supponatur aspectus, qui ab oculo proueniunt secundum lineas rectas ferri et inter se facere interualla.* Theoremata numerantur 1-64. Primum: *Nullum eorum que aspiciuntur simul totum uideri.* Ultimum: *Quadrato constituto si a coincidencia duarum eius diametrorum erigatur ad angulos...* des. *Similiter enim ea que accidunt demonstrabimus quemadmodum est in circulis.* (Cf. Euclidis opp. omnia ed. Heiberg, Lipsiae 1895, vol. VII).

2 (f. 19). **Claudii Ptolemaei** *de iis, quae in celo aspiciuntur.* Inc. *Quoniam stelle non errantes eodem semper ex loco nasci et in eandem partem occidere inspiciuntur, deinde que semel una fuerint orte semper simul oriri, queque simul quandoque occiderint, item semper simul occidere.* Des. *altera in pluri tempore permutabit hemisperium non manifestum quam reliqua manifestum uel quecunque quam quecunque.*

3 (f. 43). **Machumeti** *de algebra et almuchabala, idest recuperacionis et opposicionis.* Inc. *Sic post laudem Dei et ipsius exaltacionem inquit. Postquam ad computacionem esse consideravi necessarium reperi totum illud de numero fore.* Des. *peruenit radix de XXV, et illa est V etc.*

Codex, qui convenit n. 285 veteris indicis urbin., nomen librarii exhibet in f. 19, qui iterum se subscribit in f. 63: *Explicit ... Ego Michael Foresii Gnycensis hunc librum scripsi pro domino Francisco, apostolico scriptore, de Burgo s. Sepulchri nuncupato. In Roma urbe die XXIIII octobris . Anno MCCCCLVIII feliciter.* Folii 1 tres margines bracteis, frondibus, auro coloribusque ornati sunt; in parte inferiore duo puelli sustinent scutum vacuum ad excipiendam tesseram gentiliciam; in parte dextera textus e regione manu satis perita pro-

spectus viae, putei et aedificiorum. In f. 19ᵛ margo sinister ornatus est vase a muliere et viro sustentato, e quo emergunt rami intexti, inter quos puelli et media imago Claudii Ptolemaei (?); in prima initiali Q orbis terrarum. In margine inferiore f. 30ᵛ puer cum taenia, in qua *ESTO X.E* seu initium theorematis, quod in f. sequenti. Folii 43 margines eadem manu picti ramis, frondibus, avibus. Tituli tum aurei, tum rubri, initiales maiores caeruleae, interdum rubrae, initiales maximae aureae ramis coloribusque decoratae sunt. Ff. I-V. 63-66 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1330 (olim 325, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 263×195, ff. IV. 73.

⟨Paraphrasis in Aristotelis librum de sensu et sensibili⟩. Inc. *Quoniam quamplurimae operationes animae exercentur per instrumenta corporea, sicut sunt functiones animae negatiuae, sensitiuae atque motiuae.* Des. *Reliquorum uero, quae a principio proposita fuerunt, primo considerandum est de memoria et reminiscentia.*

Ff. I-IV. 71-73 vacua.

Tegumentum resartum saec. XIX.

1331 (olim 295, cf. f. I). An. 1617 (cf. f. VI), chart., mm. 271×200, ff. VI. 375.

Aristotele *la historia degli animali, interpretata da Tito Corneo d'Urbino.* Lib I (f. 1) cap. I. « Diuisione degli animali » inc. *Delle parti negli animali altre sono incomposte, quali sono quelle, che si diuidono in similari, come le carni in carni; altre composte, quali sono quelle, che si diuidono in dissimilari come la mano non si diuide in mani.* Lib. X des. *Quando la grossezza proceda da altra cosa, sarà freddo al toccare e non asciutta, e la bocca sempre ad un modo. Laus Deo et Virgini;* sequitur (f. 364ᵛ) *tavola dei capitoli;* praeit (f. IV) interpretis dedicatio: *al... sig. duca d'Urbino* (Francisco M^{ae} II): *Sogliono dire gli esperti, che il tradurre d'una lingua in un'altra sia impresa di molto pericolo - D'Urbino alli VIII di settembre 1617....*

Ff. I-III. IVᵛ. VIᵛ. 374ᵛ. 375 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Alexandri VII, pont. max.

1332 (olim 414, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII, chart., mm. 259×197, ff. 1-60.

Logica paraphrasis. Inc. *Postremus hominis finis, in quo caetera animantia non communicant, qui et summum hominis bonum, atque eius est felicitas, operatio est animi rationalis.* Des. *Ex his itaque constat praedicata, quae propositiones demonstrationis ingrediuntur, esse de omni atque per se.*

Simplici membrana contectus saec. XVII.

1333 (olim 313, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII (cf. cod. 1331), chart., mm. 272×205, ff. VII. 108.

Themistii Euphradae *paraphrasis in tertium librum Aristotelis de anima, Federico Bonaventura interprete.* Inc. « De ea autem parte animae »

qua utimur ad contemplationem et actionem « sive separabilis sit » *loco, ut opinabatur Plato, qui rationem in capite, iram in corde, cupiditatem in hepate sua habere domicilia dixit.* Des. *ad gustum et ut quidpiam* « alteri » *significet;* sequitur (f. 107) errata-corrige; praeit (f. IV) interpretis dedicatio *Francisco M^ae^ II, Urbini duci VI: Summus ille poetarum philosophorumque omnium doctor Homerus - ut Themistium ipsum illius uerbis addicerem.* (Urbini, ex typographia Mazantini, 1627).

Codex eadem manu scriptus, qua cod. 1331. Verba Aristotelis in textu litt. rubris. Ff. I. II. III^v^. 108 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVII.

1334 (olim 378, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII (cf. cod. superiorem), chart., mm. 266×205, ff. 1-241.

Paraphrasis in tres libros Aristotelis de anima. Lib. I inc. *Omnis scientia uersatur circa aliquam substantiarum, quarum alia est certior alia atque prior; certior quidem, quatenus per prima et certiora principia scientiae habet demonstrationem.* Lib. III des, *non solum ad gustum data est sed etiam* « ut significet aliquid alteri ».

Codex eadem manu videtur scriptus, qua codd. 1331. 1333. Verba Aristotelis commendanda litteris rubris distincta sunt.

Simplici membrana contectus saec. XVII.

1335 (olim 383, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII in., chart., mm. 268×198, ff. II. 501.

Aristotele *i quattro libri meteorologici tradotti ed esposti in lingua volgare da Vittorio Venturelli da Urbino.* Lib. I cap. I (f. 19) inc. « Tradottione del testo » *Dunque delle prime cagioni della natura e d'ogni moto naturale, di più delle stelle ben ordinate secondo il moto superiore;* (ibid.) « Spositione » inc. *Volendo il prencipe de filosofi, Aristotile, incominciare nel presente libro a discorrere delle meteore.* Lib. IV « Epilogo » des. *Onde anche noi, mediante il diuino aiuto ed il fauore di v. altezza serenissima, habbiamo terminata la traductione e l'espositione testuale de quattro libri meteorologici d'Aristotele. Restano i discorsi, a quali quanto prima applicaremo il pensiero;* praeeunt [1] (f. II) titulus in septo cum stemmate Francisci Mariae II, Urbini ducis, calamo delineatus; [2] (f. 1) auctoris dedicatio eidem duci: *Hanno così dell'oscuro e del difficile, serenissimo signore, e contengono speculationi così profonde i quattro libri meteorologici - per fine humilissimamente l'inchino;* [3] (f. 2) *sonetto dell'auttore* (eidem): *Questi de studi miei figli e sudori - è poco al modo;* [4] (f. 3) « Proemio al discreto lettore » [5] (f. 5) « De libri acromatici ed esoretici » (Aristotelis); [6] (f. 9) « Dell'auttore » (i. e. Aristotelis); [7] (f. 11) « Del soggetto dei libri meteorologici » [8] (f. 13^r^) « Dell'intentione » [9] (f. 14)

« Della continuatione » [10] (ibid.) « Dell'inscrittione » [11] (f. 14v) « Degli espositori » [12] (f. 18) titulus iterum in septo, calamo delineato.

Simplici membrana contectus saec. XVII.

1336 (olim 396, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII in., chart., mm. 269×198, paginarum 1-832.

Torelli Pomponio *paraphrasi dell'etica di Aristotele*, libri I-X. Liber I (p. 9) inc. *Ogni arte et ogni dottrina et cosi ogn'atto et elettione pare ch'appetisca un certo bene. Da questa propositione generalissima comincia Aristotele la sua filosofia morale, siccome cominciò la diuina con questa.* Lib. X (p. 822) des. *Ripigliaremo dunque il nostro ragionamento da un tal principio;* praeit (p. 1) *Introduttione del perduto nell'etica d'Aristotile: L'etica altro non uuol dire che morale, cioè arte de costumi, perciocchè mos, ch'appresso latini uuol dire costume, dà il nome alla morale - et mostrerà la uia ageuolmente per meglio operare.*

In parte anteriore folium et in posteriore sex folia vacua. In f. I nota: *3 Nov. 1613* et in p. 823: *8 ag. 1614*.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1337 (olim 150, cf. tegumenti dorsum): Saec. XVII, chart., mm. 261×200, ff. I. 191.

Aristotele *opuscoli tradotti ed esposti da Venturelli Vittorio, da Urbino.* 1 (f. 3). *Dello indovinare per mezzo de sogni, o da sogni. Cap. primo - Traduzione. Testo primo.* Inc. *E dello indouinare, che si fa ne sonni, e che si dice accadere da sogni non è facile a disprezzarlo;* (f. 3v) *Sposizione,* inc. *Dopo il trattato de sogni, segue l'opuscolo dello indouinare per mezzo de sogni. Epilogo* (f. 25) des. *congiungendolo con un altro opuscolo dell'incesso degli animali. Concludendo si dà fine al trattato dell'indouinare per mezzo de sogni.* 2 (f. 26). *Della longhezza e della brevità della vita. Cap. primo. Testo primo, Traduzione* inc. *È necessario di considerare le cagioni, onde alcuni animali sono di lunga uita.* (f. 26v) *Sposizione* inc. *Sin dal principio della nostra interpretazione si disse che alcune operationi conueniuano a gli animali come animali. Epilogo* (f. 58) des. *la scienza e la dottrina metodica degli animali hauerà conseguito il suo fine, con che termina il capitolo, l'epilogo ed il trattato.* 3 (f. 60). *Della gioventù e della vecchiezza. Cap. primo. Testo primo. Traduzione* (f. 61) inc. *Hassi hora a parlare della giouentù, della vecchiezza, della vita, della morte ed insieme è forse necessario dir le cause della respiratione. Sposizione* (f. 61v) inc. *Nel trattato che di sopra habbiamo esposto discorse il filosofo della longhezza. Epilogo* (f. 89v) des. *In che maniera e con qual attione si refrigerino gli animali nel seguente trattato uedremo.* 4 (f. 91). *Della respiratione. Capo primo. Testo primo.*

Traduzione (f. 92) inc. *Imperocchè della respiratione dissero alcuni pochi de primi naturali. Ma per qual fine sia negli animali, altri nulla non dissero.* *Sposizione* (f. 92) inc. *Conchiuse nel sopra dichiarato opuscolo il filosofo che tutti gli animali hanno di bisogno.* *Epilogo* (f. 165ᵛ) des. *non possono più solleuare ed abbassare le branche. Il che detto ha fine l'epilogo, il capitolo ed il trattato della respiratione.* 5 (f. 167). *Della vita e della morte. Cap. primo. Testo primo.* *Traduzione* (f. 168) inc. *Dunque a tutti gli animali è commune la generatione e la morte, ma i modi sono differenti di specie.* *Sposizione* (f. 168) inc. *Propose il filosofo nel principio dell'opuscolo della vecchiezza... di uoler trattare anche della respiratione.* *Epilogo* (f. 186ᵛ) des. *dà fine il filosofo al capitolo, al trattato ed a quanto conueniua dire in si belle materie.* 6 (f. 188). *Il principio che tratta della sanità e dell'infermità.* Inc. *Il dire le ragioni della sanità e dell'infermità è non solo offitio del medico.* Ibid. *Sposizione*, inc. *Che Aristotele habbia scritto della sanità e dell'infermità è cosa chiarissima, nè fra peripatetici è riuocata più che tanto in dubbio.* *Epilogo* (f. 189) des. *habbiamo imposto fine alla traduttione ed espositione di tutti quelli opuscoli, che si chiamano: Parui Naturali.*

I (f. 190). Alia manu in frustulo chartae codici posterius adglutinatae invitatio ad celebrandas missas in funere ducis (Francisci Mariae II?).

II (f. 191). In alia pagina folii, codici adglutinati, locus e vita ducis Friderici II Feltrii, ac de eius ingressu Urbinum post necem Oddonis fratris.

Ff. 25ᵛ. 58ᵛ. 59. 66. 67ᵛ. 90. 91ᵛ. 166. 167ᵛ. 187. 189ᵛ. 190. 191ᵛ vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1338 (olim 128, cf. tegumenti dorsum). An. 1617 (cf. f. 4ᵛ), chart., mm. 260×201, ff. 1-360.

Aristotele *opuscoli tradotti ed esposti in lingua volgare da Vittorio Venturelli da Urbino.*

1 (f. 11). *Del senso e del sensibile. Testo 1° cap. 1°.* *Traduzione. Poichè s' è prima determinato dell'anima per sè stessa e di ciascheduna delle uirtù secondo la parte di quella;* (ibid.) *Sposizione* inc. *Il prencipe de peripatetici Aristotele con la solita esquisitezza e perfettione addusse e dichiarò la diffinitione dell'anima.* Epilogo (f. 171) des. *si da fine all'epilogo, al capitolo ed al trattato del senso e del sensibile, ed il tutto ad honore di sua diuina maestà.* 2 (f. 173). *Della memoria e della reminiscenza. Testo 1° cap. 1°.* *Traduzione* inc. *Si deue dire della memoria e del ricordarsi, che cosa sia e da qual cagione si faccia;* (ibid.) *Sposizione* inc. *Poichè il filosofo diffusamente nel dichiarato opuscolo del senso e del sensibile dispiegò con la solita eccellenza la natura e l'operationi e gli ufficij de sensi.* *Epilogo* (f. 238) des. *e per quale cagione, ricordato un principio, segua la memoria e la reminiscenza*

dell'altro. 3 (f. 241). *Del sonno e della vegghia. Testo 1° cap. 1°. Traduzione* inc. *Bisogna considerare del sonno e della vegghia, che cosa siano, e se siano proprie dell'anima, o del corpo, o communi, e se communi di qual parte dell'anima. Sposizione* (f. 241ᵛ) inc. *Intentione del filosofo in questi opuscoletti è di trattare dell'operationi dell'animo, il che fu di sopra atteso. Epilogo* (f. 302ᵛ) des. *godono il sonno, participando in quello del riposo bramato; con che si da fine al presente opuscolo del sonno et della vegghia.* 4 (f. 307). *Dei sogni. Testo 1° cap. 1°. Traduzione* inc. *Dopo queste cose bisogna trattare de sogni e primieramente a quale parte dell'anima appariscano. Sposizione* (f. 307ᵛ) inc. *Hauendo il filosofo nel passato opuscolo a bastanza discorso della natura e della proprietà del sonno e della vegghia. Epilogo* (f. 357) des. *per le quali altri diuiene o atto, o uero inetto ad una cosa, alla quale prima non era. Con che si chiude l'epilogo, il capitolo e l'opuscolo de' sogni;* praeeunt [1] (f. 1) titulus; [2] (f. 2) interpretis dedicatio Francisco M^ae II, Urbini duci: *Scriue nella seconda lettera a Dionigi Platone il diuino che la sapienza e la potenza tendono per legge di natura nel medesimo - Di Urbino 24 7bre 1617.* [3] (f. 5). *Tavola degli opuscoli tradotti ed esposti.* [4] (f. 6). *Dell'inscrittione.* [5] (ibid.). *Dell'ordine.* [6] (f. 7). *Del soggetto.* [7] (f. 7ᵛ). *Dell'auttore.* [8] (ibid.). *Degli espositori.*

Ff. I. II 1ᵛ. 5ᵛ. 8-10ᵛ. 171ᵛ. 172. 238ᵛ-240. 303-306. 357ᵛ-361 vacua.
Tegumentum uti in codice superiore.

1339. Saec. XV, membran., mm. 283×200, ff. 1-161.

Leonardi Bruni aretini isagogicum disciplinae moralis; **Aristotelis** oeconomica Leonardo Bruni interprete; huius commentarius in libros Oeconomicorum Aristotelis.

1 (f. 1). **Leonardi (Bruni)**, aretini, isagogicum disciplinae moralis (alias, introductorius de moribus), ad Galeottum Ricasolanum cum lemmatis. Inc. *Si ut uiuendi, Galeotte, sic etiam bene uiuendi cura nobis esset.* Des. *ut boni simus uirtutesque exerceamus.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, IV, p. 2210).

2. **Aristotelis** [1] (f. 18) Ethicorum libri I-X Leonardo (Bruni), aretino, interprete. Lib. I inc. *Omnis ars omnisque doctrina similiter autem et actus et electio bonum quiddam appetere uidetur.* Lib. X des. *et quomodo una queque respublica constituta sit, et quibus legibus et moribus;* praeeunt [a] (f. 13) interpretis dedicatio Martino V pont. max.: *Non nouum esse constat, beatissime pater, sed iam inde ab antiquis frequentissime usitatum - pro discussione rerum ipsarum quedam premisi;* [b] (f. 14) praemissio quaedam ad evidentiam novae translationis ethicorum: *Aristotelis ethicorum libros facere latinos nuper institui - ut hos libros nunc primum latinos fecerim cum antea non essent.*

(De edd. cf. Mazzucchelli, l. cit., p. 2208). [2] (f. 137). Aristotelis oeconomicorum, sive de re familiari libri I-II, Leonardo (Bruni), aretino, interprete. Inc. *Res familiaris et res publica inter se differunt.* Lib. II des. *multum etiam ad uxorem et filios et parentes;* praeit (f. 136) interpretis dedicatio ad Cosmam Medicum: *Pretiosa sunt interdum parvi corporis, quod lapilli gemeque testantur - Nunc ad textum Aristotelis veniamus.* (De edd. cf. Mazzucchelli, l. cit., p. 2207).

3 (f. 144). Leonardi (Bruni), aretini, explanatio sive commentarium in duos libros oeconomicorum. Inc. « Res familiaris... ». *Diximus supra in proemio quam greci politicam uocant nos appellamus rempublicam.* Des. *referendo ad illud statim, quod antecessit in litera. Finis.* (Ed. una cum versione, cf. l. cit.).

Codex, qui convenire potest n. 209 veteris indicis urbin., eleganter exaratus titulos praefert rubros, initiales librorum aureas latis frondibus et auro decoratas. In initiali N folii 13 dimidia imago Martini V pont. max.; in initiali A (f. 14) dimidia imago Leonardi Bruni; in initiali O (f. 18) dimidia imago Aristotelis, omnes egregie manu italica pictae. In f. 159, in frustulo chartae pergameno adnexae: *Horatii Lombardelli senensis* (nomen antiqui possessoris?). Ff. 159v-161 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1340 (olim 348, cf. tegumenti dorsum). An. 1567 (cf. f. 2v), chart., mm. 228×162, pp. X. 174.

Aristotile *il primo libro delle posteriori, ridotto alla lingua volgare da Fulvio Viani de'Malatesti da Montefiore. Cap. I* (pag. 1): *Mostra ogni dottrina e disciplina, in cui s'adopri discorso, si fa da qualche cosa, della quale si habbia inanzi cognitione. E questo fia noto a ciascuno che per tutte le cose andrà discorrendo.* Des. cap. 25. *onde la A nella C per la B intenderassi. Dio sia lodato;* subicitur calamo delineatum auctoris stemma cum litt. F⟨ulvius⟩ V⟨iani⟩ M⟨alatesta⟩; praeit [1] (p. V) titulus operis cum stemmate Guidubaldi II, Urbini ducis; [2] (p. VII) interpretis dedicatio: *Guidubaldo II, Feltrio della Rovere, duca IIII d'Urbino: Sogliono, eccellentissimo signore, la maggior parte di coloro che qualche loro fatica habbiano a fine condotta - Di Pesaro, XII di gennaio 1567.*

Initiales maximae calamo delineatae, in quibus prospectus urbium, insularum, domorum. Paginae I-IV. VI. 172-174 vacuae.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1341. Saec. XVII, chart., mm. 214×152, ff. II. 53.

Aristotelis de caelo, libri I-IV, in compendium redacti ab Alderano Cibo. Lib. I inc. *Corpus naturale est naturalis philosophiae scopus; probatur quia ille est scopus cuius proprietates, principia et partes et proprietates principiorum et partium considerantur.* Lib. IV des. *Maiora corpora eiusdem ra-*

tionis descendunt, quia diuidunt. Haec ad laudem Dei... in breuem summam redacta fuerunt ut memoriae facilius commendarentur; praeit Alderani Cibo dedicatio Francisco M^{ae} II, Urbini duci: *Cum superioribus annis aestate iam inualescente aliquod mihi oblectamenti genus inquirerem - ut non mihi sit minus iudicium tuum extimescendum, quam patrocinium expectandum. Vale.* (Auctor profitetur haec didicisse ex doctissimis Hieronymi Borae, philosophi, lectionibus).

Ff. I. II. 51^{v}-53 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1342. Saec. XV, membran., mm. 204×135, ff. I. 48.

Aristotelis oeconomicorum libri I-II Leonardo (Bruni), aretino, interprete. Lib. I (f. 2^{r}) inc. *Res familiaris et res publica inter se differunt.* Lib. II des. *Multum etiam ad uxorem et filios et parentes;* praeit (f. 1) interpretis praefatio ad Cosmam de Medicis: *Pretiosa sunt interdum parui corporis - nunc ad textum Aristotelis ueniamus;* sequitur (f. 15) interpretis oeconomicorum explanatio « Res familiaris... » inc. *Diximus supra in prohemio, quam graeci politicam.* Des. *quod antecessit in littera.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, IV, p. 2207).

Codex, qui convenit n. 210 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales aureas tum floribus, tum lineis coloribusque decoratas. In f. 43^{v} scribae sigium, cf. cod. 1345, f. 52^{r}; folii 1 tres margines ornati sunt floribus et auro; in parte inferiore aquilae castaneae adnexa tessera gentilicia una aquila praedita et initiales C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩.

Contectus corio et clausus fibulis saec. XV.

1343. Saec. XV, chart., mm. 201×134, ff. 1-222.

Libelli varii de cura equorum et aliarum bestiarum.

1 (f. 3^{v}). Ipocrate, *savio medico d'India, libro di mascaltia,* libri I-II. Lib. I cap. 1. « Le parole d'Hipocrate » inc. *Io prego substantia de le substantie, natura de le nature e creatore de le creature, che ne dia buono intendimento.* Lib. II des. « A far buon unguento da tigna » *e fa bollir tutte queste cose quanto se fa bollir el caulo con l'olio;* praeeunt [1] (f. 1) capita libri I. *Le parole d'Hipocrate. Da conoscere le nature di caualli - Incantazione a la febre; A quel medesmo;* [2] (f. 2^{v}) *prohemio: Questo libro fece Ipocrate sauio medico de India - domandò a Hipocrate che li componesse un libro breue de la cura de' li caualli et de le loro continentie.*

2 (f. 51). *I pesi che fanno bisogno ai medici marescalchi: Mina peso duna libra. Dramma ottaua parte doncia - Congiara sestaria sei.*

3 (f. 54^{v}). *Un altro trattato di mascaltia.* Libri I-II. Lib. I cap. I « A che segnali se cognosce la malatia e morbo che viene a le bestie » inc. *Conti-*

nuamente commo l'animale comincia a uoler grauarse da la malatia el sta mal contento e pigro. Lib. II cap. ult. « A nierire il pelo » des. *sego de capra quanto basta, tempera insieme e usa;* praeit (f. 52) *prohemio: L'arte de la medicina de le bestie non è la più uile che sia - tostamente cognosce lo aduenimento de la infirmità.*

4 (f. 140ᵛ). *Tractato bellissimo* (seu compendium de cura bovum). Inc. (prooemium). *Io lassai la comentaria ordinatione di mascaltia per la querela di mei familiari e amici, lamentandosi ch' io douessi comporre de la cura de buoi.* Cap. I (f. 156ᵛ) « A ciò li peli neri douentino bianchi ». Cap. postremum « Se la bestia ha mangiato sterco di gallina » des. *E chi li desse ancho lo electuario de lantidotario, che insegna Paulo nel capo del catarro, è buono;* praeeunt (f. 138) capita 1-82).

5 (f. 201ᵛ). *Belissimo tratatello di mascalzia de medecine universale.* Cap. I « Del numero e composition de ossi » inc. *La bestia ha nel capo doi ossa da la fronte fina a le nare del naso.* Cap. ultimum « Composition di colirij » des. *tutte queste cose sono prouatissime al biancho de li ochi.*

6 (f. 214). *Altre medicine.* Cap. I. « Composition de la medicina cephalica » (f. 215) inc. *Questa medicina in grieco se chiama cephalica cioè medicina de le ferite del capo.* Cap. ult. « A li ginocchi »: *Tolli libra 1 daceto e un pugno di sale - e guarirà al primo;* praeit (f. 214ᵛ) parvus prologus: *Poichè hauemo uedute tutte le scripture di philosophi antichi - e quando si sucurre nel comenzamento gran cagion to uia.*

I. Ff. 221-222 manu posteriore fragmenta capitum operis, quod n. 3.

Tituli rubri, initiales virides.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1344. Saec. XV, chart., mm. 212×143, ff. V. 66.

Heroclis (in ms. **Eraclei**) *ad Bassum, de curatione equorum* (libri I-II), *translati de graeco in latinum a magistro Bartholomaeo de Messana in curia illmi Manfredi, serenissimi regis Siciliae amatoris et mandato suo.* Inc. *Multis quidem meriti sarcina et mihi laboranti labor, dicit Uripides, amico precipiente et precipue te regente, potentissime Basse, dare et etiam operam pro rogantibus et cura hoc studere negocium non est iniuriosum.* Lib. II des. *Ego quidem quanta cogitaui esse necessaria equis in hoc libro scripsi, sed aduenientibus hunc librum sufficiat;* praeeunt singulis libris capita. Cap. I « De febre facta in equo ». Ultimum « De probatione equorum ». (Cf. Veterinariae medicinae libri I-II, Basileae 1537, et Miller, *Notices et extraits des mss.* Paris 1855, 2, p. 1 sqq.); de interprete autem Carini, *Archivio Stor. Siciliano,* XXII, (1897), p. 482-483).

Ff. 45ᵛ-54 sequuntur plurima remedia et praeceptiones chimicae etiam italice, interdum calami ductibus deleta. Ff. Iᵛ. III-IVʳ. V. 54ᵛ-66 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1345. Saec. XV, membran., mm. 191×125, ff. II. 60.

Iulii Frontini de aquaeductibus urbis Romae, libri I-II. In ff. 53-58 fistularum figurae 1-18 cum explanationibus litteris rubris.

Codex, qui convenit n. 429 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initialem maximam prioris libri auream coloribus et lapide pretioso, alteram in libro posteriore auream coloribus lineisque decoratam. Margines tres folii 1 decorati sunt auro, floribus, ramunculo et hominis imagine (num Frontini?). In parte inferiore tessera gentilicia Friderici Urbini comitis duabus aquilis praedita et a duobus puellis aligeris sustentata. In f. 52ᵛ siglum scribae, idem quod in codice 1342, f. 43ᵛ. Ff. I. II. 59. 60 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1346. An. 1462 (cf. f. 76ᵛ), chart., mm. 234×165, ff. 1-79.

Anicii (in ms. Antii) Manlii Severini Boetii artis arithmeticae ad Symmachum libri I-II. (M. Patr. lat. 63. 1079-1166; sed in fine proportiones et consonantiae in una figura comprehenduntur).

Codicem, qui convenire potest nn. 242, 243 veteris indicis urbin., exscripsit. Ἄγγελος Εὐάδιος ἰδίᾳ χειρὶ αυξβ' (an. 1462), μενὶ ὀκτοβρίῳ ις. (16), uti legitur in subscriptione f. 76ᵛ. Prima inscriptio litt. rubris, prima initialis aurea lineis coloribusque ornata sed posterius addita. Praepositum est aliquanto posterius folium membraneum, in quo magnus circulus corona laurea, floribus, auro lineisque decoratus, cum titulo operis; e circulo pendet tessera gentilicia stemmate pontificio, corona et quatuor aquilis praedita et litt. *FE*⟨dericus⟩ DVX.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1347 (olim 394, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 265×202, ff. 1-152.

Cesano Gabriele, *pisano, ethica secondo la dottrina d'Aristotile all'illmo et revmo don Hippolito da Este II, card. di Ferrara,* libri I-V. Lib. I, cap. I « Della felicità et diuersità de fini » (f. 1) inc. *La felicità è altrimenti chiamata dagl'antichi scrittori sommo bene et perfetto bene.* Lib. V cap. VII « Del giusto legitimo et naturale » des. *Et per quanto è detto fin qui, penso che sia abastanza dichiarato il giusto legittimo et il giusto naturale.*

Ff. 152ᵛ vacuum.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1348. An. 1591 (cf. f. 4ᵛ), chart., mm. 258×195, ff. II. 69.

Gualterotti Raffael *dell'anima.* Cap. I (f. 5) inc. *Primieramente perchè io quello faccia che già promesso ho e mi conduca al determinato segno, mi conuiene come nuouo duellatore entrare in campo e di finire l'antica lite et ancora pendente tra Aristotile e Galeno.* Cap. 31 des. *della immortalità del anima*

trattare mi conuiene, lo che io farò nel seguente libro; praeit (f. 1) auctoris dedicatio *al serenissimo Francescomaria (II) Feltrio della Rovere, duca d'Urbino: Bella e nobile marauiglia, serenissimo granfrancescomaria, conuiene si prendano quegli, che a contemplare si uolgano le tante e uariate generationi - Dal Isola, il dì 20 di Febbraio, 1591.*

Ff. I. II. 65-69 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI ex.

1349. Saec. XVI, chart., mm. 265×196, ff. 1-74.

Bonaventura Federici, *urbinatis, de octomestris partus natura, peripatetica disputatio erudito viro N. F. B. S.* Inc. *Petis a me, ut summatim ad te scribam, quae in disceptatione mea de octomestris partus natura, quam adhuc parturio, fusissime disserui; geram igitur tibi morem.* Des. *non indocte solum, uerum etiam impie facere uideatur si incognita causa octomestres partus condemnet.* (Differt aliquantum hoc summarium ab alio eodem titulo edito Venetiis Ciotti, 1602, in calce operis maioris quod decem libris constat).

F. 74 vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1350. Saec. XVI, chart., mm. 262×196, ff. 1-43.

Tractatus de materia prima. Inc. *Difficillima cognitu est prima materia, quam Aristoteles in hoc primo Physicorum et inuenit et statuit pro principio comunissimo rerum omnium naturalium.* Des. *Et haec sint satis pro diligenti examine difficillimae quaestionis de prima materia. Ad laudem et honorem Dei optimi maximi. Finis.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1351. Saec. XVI ex., chart., mm. 281×215, sed ff. 86-98, mm. 217×161, ff. 1-98.

De aquis spadensibus (Spa) varia.

1. **D'Ardencust Giov. Battista,** *dottore in Liegi,* [1] (f. 1) *informatione delle proprietà et particolarità, che seguitano, toccanti l'acqua di Spa etc.* Inc. *Primieramente in qual tempo colui, che la uuole usare debbe cominciar a beuerla.* Des. *a maggior comoda età qualche risposta di ciò. Ai vostri piaceri. In Aste li 15 di Marzo 1593.* [2] (f. 7). Eiusdem *la maniera che bisogna tener per usare la polvere de Spa, cavata dall'acqua della fontana di Spa.* Inc. *Primieramente bisogna inanti tutte l'altre cose purgarsi con qualche dolce medicina.* Des. *di maniera che mi conuiene uendere quattro fiorini lo sterlino.* (Nomen auctoris in f. 6).

2 (f. 15). *Istrutione del pigliare l'acqua di Spa*. Inc. *Volendo pigliare quell'acqua bisogna purgarsi prima con alcuno medicamento piacevole.* Des. *Viua un buona regola due mesi continui.*

3 (f. 17). *Dell'acqua di Spa* (responsio ad interrogationes). Inc. *Due sono le fontane di Spa, una fuori del villaggio, chiamata la fontana di Sauenir.* Des. *Questo è quanto potiamo dire in risposta dei quesiti.*

4 (f. 21). **Hippoliti Pennone** (ex opere, *de balneis naturalibus spadensibus belgicis)*. Inc. *Huius fontis aqua subtilis est substantiae et perspicuae, habens colorem album.* Des. *recte itaque animaduertit uulgus haec incomoda in istius fontis aqua.*

5 (f. 25). ⟨Opusculum aliud de aquis spadensibus⟩. Cap. I « Dell'origine delle fontane medicinali in generale » inc. *Le fontane medicinali o minerali tanto fredde, quanto calde, hanno doppia origine, una comune a tutte.* Cap. XIII « Risposta alle frivole ragioni d'alcuni disprezzatori di quest'acque » des. *possa apportare qualche frutto et alleviamento alli poueri infermi;* praeit (ibid.) « al lettore » *Vi parerà per auentura molto stranio - cogliere il frutto et hauere il profitto. A Dio.*

6 (f. 36ᵛ). **Philarete Gilberto** (vulgo **Gilbertus Lemborg** seu **Limhurgius**, cf. Foppens, Biblioth. belgica, Bruxelles 1739, p. 366). *Delle fontane acide della selva d'Ardenna, et principalmente di quella che si trova a Spa;* (opera) *tradotta dalla lingua francese nell'italiana da Gualtiero Morberio.* Cap. I « Delle fontane acide della selva d'Ardenne... degli autori così antichi come moderni c'hanno scritto dell'acque medicinali » inc. *Fra quelli che diligentemente hanno ricercato la nattura dell'acque et fontane.* Cap. XI « Tavola delle altre fontane acide più conosciute, che nascono per tutto il contorno della selva d'Ardenne » des. *ma incognite per non esser usate e frequentate;* praeit (f. 36) interpretis dedicatio Gerardo van Groesbeck (in ms. *Gresbecch),* episcopo leodiensi, (Liège): *È stato sempre, monsignore reuḿo, come un prouerbio che l'honore, aiuto, suuentione intratengono et fanno crescere l'arti et scientie. Dalla nostra stamperia nella nostra città di Liegi, li 24 maggio 1583*. (Cf. cod. 1375, f. 18).

7 (f. 46). ⟨Istructio, quae in f. 15, iterum⟩.

8 (f. 49). ⟨De aquis thermalibus⟩. Inc. *Aquas thermales minime simplex medicamentum et auxilium esse quis est qui non uideat.* Des. *ita ut asserant Villenses et Aquesienses per centum annos circa conseruari.*

9 (f. 67). Opusculi, quod in f. 49, primum apographum idemque quod auctor misit Almerico Samperoli, *Urbino* (cf. f. 82ᵛ).

10 (f. 88). De *balneis Iunonis* (veronensibus, latine et italice). Inc. *In antiqua ciuitate Veronae, in regione leonum apud portam veterem, quae ab*

antiquis dicta est regia. Des. *di honoreuoli et dilecteuoli alberghi di gentilhomini conuicini.*

Varia folia vacua. In f. 98. *Libro di Girolamo di Antonio de Diotalleuj.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1352. Saec. XVII, chart., mm. 295×212, ff. 1-12.

Panigarola Francesco *trattato della memoria locale.* Inc. *La memoria locale è un'arte, con la quale aiutiamo noi medesimi a ricordarsi facilmente.* Des. *tu uedi quella che più ti commoda et di quella ti serui.* (Venezia, 1603).

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1353. Saec. XV ex., chart., mm. 268×187, ff. 1-87 (+ ff. 77a-e).

Opera medicinalia.

1 (f. 3). **Antonii Cermisoni,** *excellentissimi phisici patavini, consilium contra debilitatem rhenum.* Inc. *Ut tuae rei ampliorem notitiam, quam a me auide expectas curamque pro posse habeas, statui iuxta doctrinam Aristotelis, primo phisicorum, causas ipsius aperte ostendere.* Des. *Et si quid in me cognoscis quod tibi profuturum sentis scribas rogo. Vale in Christo Yhesu.* Clauditur subscriptione librarii: *Scriptum et exemplatum per me Lutianum Savinum de sancta Victoria, licet ex exemplari corrupto, diligentia venerabilis patris fratris Andree, ordinis seruorum, pro seruo seruorum Dei dño Antonio Fatato, episcopo reuño anconitano, dño et protectore meo singularissimo, quem Deus conseruet in secula ab omni passione remotum.* (De auctore cf. Affò, *Scrittori e Letterati parmigiani,* Parma 1789, 2, p. 133 sqq.).

2 (f. 17v). **Pauli Bagellardi** (seu **Bajalardi**), a Flumine, libellus de aegritudinibus infantium ad illm̃um principem Nicolaum Thronum, dignissimum ducem Venetiarum. Inc. *Quantum domui tuae, illustrissime princeps, debeam, nec Liuii, nec Ciceronis lingua aut eloquentia exprimere.* Des. *Finit breue opusculum... impressum* (Venetiis) *die 10 Nouembris 1487. per Mattheum de Vindischgretz.* (Capita huius opusculi praeponuntur in f. 2v; de auctore cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, I, p. 42).

3 (f. 44). *Tractatus de diabetica passione.* Inc. *Sicut corporale exercitium conueniens et equale est causa conseruationis sanitatis corporis et fortitudinis virtutum eius ita et frequens exercitium animae.* Des. *Quam huic misericordia sui concedere dignetur Altissimus ad laudes eius immortales.* Infra subscriptio eiusdem librarii: *Expletus est iste tractatus de diabetica passione, Anconae, 1492...*

4 (f. 58). *Medicinarum evacuantium doctrina.* Inc. *Propositum est medicinarum euacuantium breuem, ordinatam atque sufficientem tradere do-*

ctrinam. Des. *cum his quae acuunt et rectificant, aut maliciam corrigunt, aut ad diuersa membra dirigantur.*

5 (f. 78). **Petri Leoni** *de differentiis, causis et signis febrium.* Inc. *Propositum erat expedire illud quod a principio fuit promissum quo ad presentem et speculatiuam medicine declarando doctrinam inter Galenum et Avicennam.* Des. *Et haec pro hoc anno et pro mea facultate sufficiant.* Clauditur subscriptione eiusdem librarii: *Die 13 Augusti 1491. Excellentissimus galienista dñs magister Petrus Leoni de Spoleto* (in ms. *de Spodio) in gimnasio patauino ordinariam practice legens cum mille aureis in auro pro singulo anno.*

Codicem totum exaravit Lucianus Savini, qui se subscripsit tantum in f. 17ᵛ, sed ex eadem scripturae forma in toto codice idem librarius proditur. Ff. 77ᵃ⁻ᵉ vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1354. Saec. XVI, chart., mm. 236×174, ff. 3-38 (— ff. 1. 2).

⟨Herbarum imagines coloribus pictae 1-62 cum earum virtutibus⟩. Inc. (f. 3). *Herba Lucica delle noue luna: ad persona ch'hauesse ferita tolli delle foglia sue pistate et poneli suso la ferita, salda et guarisce bene.* Ultima (f. 34): *Herba fiorina: ha questa uirtù... ad homo o donna ch'hauesse nulla bructura in lo stommaco o nullo humor flemmatico serra guarito. Etc.* Sequuntur (ff. 34ᵛ-38) plurimae receptae sine herbarum imaginibus: I *Ad mal de morrigine houero schallatura* - Ultima: *Solitiuo commune.*

Desunt initio duo folia.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1355 (olim 1377, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 271×188, ff. II. 208

L. Annaei Senecae opera. 1 (f. 2). De ira ad Novatum, libri I-III. 2 (f. 42). De clementia ad Neronem, libri I-II. 3 (f. 56). De beneficiis ad Liberalem, libri I-VII. 4 (f. 129). De tranquillitate animi ad Serenum, liber. 5 (f. 142ᵛ). De brevitate vitae ad Paulinum, liber. 6 (f. 153, lin. 21) adnectitur sub eodem titulo dialogus de consolatione ad Polybium. 7 (f. 163). Quare aliqua incommoda bonis viris accidant cum providentia sit (in ms. *cum mundus providentia regatur).* 8 (f. 170ᵛ). Nec iniuriam nec contumeliam accipere sapientem. 9 (f. 180). De consolatione filii ad Marciam. 10 (f. 194ᵛ). De consolatione ad Helviam matrem.

Codex, qui convenit n. 236 veteris indicis urbinatis, titulos praefert nigros, initiales librorum aureas intextis ramis coloribusque decoratas. In f. 1ᵛ tabula contentorum litt. rubris caeruleisque, serto laureo, globulis aureis ac duobus florum vasis decorata. Folii 2 tres margines ornati sunt auro, ramis, avi, papilionibus, insigni fridericiano (penicillo) ac tessera gentilicia una aquila praedita, hinc inde litt. F⟨ridericus⟩ C⟨omes⟩. Ff. I. II. 1ʳ. 55ᵛ. 207. 208 vacua.
In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1356. Saec. XV, membran., mm. 272×187, ff. III. 105.

L. Annaei Senecae 1 (f. 2) de naturalibus quaestionibus libri I-VII. **2** (f. 83[v]). **Martini**, dumiensis episcopi, formula honestae vitae (in ms. *Senecae de quatuor virtutibus)*. Inc. *Quatuor uirtutum species*. Des. *aut deficientem puniat ignauiam*. (Senecae opp. ed. Haas, Lipsiae 1886, 3, p. 469-475). **3** (f. 87). Senecae de remediis fortuitorum. (Ed. cit., supplementum, p. 44-55). **4. Oratorum et rhetorum** sententiae, divisiones, colores, controversiarum (in ms. *Declamationibus)* (prooemia nonnulla); [1] (f. 90) prooemium libri I, a vv. *Exigitis rem magis iocundissimam*, ad vv. *cum iam cepisset diem ducere*, (Senecae opp. ed. Kiessling, Lipsiae 1872, p. 57-67); [2] (f. 93[v]) libri II, a vv. *Cum repeterem quos unquam bene declamantes*, ad vv. *ab illo dicta teneo referam* (l. cit., p. 150-152); [3] (f. 94[v]) libri III, a vv. *Quosdam dissertissimos*, ad vv. *ego optime teneo* (l. cit., p. 241-247); [4] (f. 97) libri IV, a vv. *Quod nummularii*, ad vv. *in qua fleuit declamatione* (l. cit., p. 257-260); [5] (f. 98[v]) libri VII, a vv. *Instatis mihi quotidie*, ad vv. *controuersia dictas* (l. cit., p. 292-298); [6] (f. 100) libri X, a vv. *Quod ultra mihi molesta sint*, ad vv. *aut proferendas* (l. cit., p. 459-467).

Codex, qui n. 235 signatur in vetere indice urbin., titulum primum rubrum, caeteros nigros praefert, initiales maximas aureas intextis calamis et coloribus ornatas. In f. 1[v] circulus ramis florum decoratus ac tribus circulis in quibus tituli operum. Folii 2 tres margines floribus, fructibus, cuniculo et avibus pascentibus distincti sunt, in margine inferiore tessera gentilicia una aquila praedita, infra litterae F<ridericus> C<omes>. Ff. I-III. 103-105 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1357 (olim 446, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 287×206, ff. 1-191.

A. Cornelii Celsi de medicina libri I-VIII (desunt in fine libri VIII capp. XXIII-XXV; abrumpitur vv. cap. XXII: *tales in omnes partes prolabitur. Ubi in interiorem partem excidit, prima pars...*).

Codex, qui uti 249, convenire potest numero 314 veteris indicis urbin., titulos praefert tum nigros, tum rubros, initiales maximas aureas calamis intextis coloribusque decoratas, initiales minores rubras. In f. 1[v] in media corona laurea, floribus decorata, titulus operis. Folii 2 tres margines floribus, fructibus, auro avibusque ornati sunt; in margine inferiore tessera gentilicia et initiales uti in codice superiore. Ff. 1[r]. 191 vacua.

Tegumentum uti in codice superiore.

1358. Saec. XV, membran., mm. 305×193, ff. I. 166.

1 (f. 2). **Germanici Caesaris** Aratea (seu phaenomenorum et prognosticorum fragmenta cum scholiis; in ms. *fragmentum Arati de signis caelestibus)*. Praeter scholia continet Phaenomenon vv. 1-430 et (f. 37) fragmentum IV prognosticorum vv. 52-163, uti iam notavit Breysig, Aratea, Lipsiae 1899, p. XIII. Scholia incipiunt: *Aratus quidem fuit Athinodori patris filius* usque ad verba *totumque spatium impleat lumine. Si quis...* Infra librarii nota: *Non plus inuenitur.*

2 C. Iulii Hygini [1] (f. 57) Poeticon astronomicon libri I-IV (in ms. *Igini philosophi ad Marcum Fabium... de imaginibus;* desunt tamen pauca verba in fine). [2] (f. 123). Poeticon astronomicon libri III-IV; sequuntur tria capp. eiusdem operis; [a] (f. 152) *de differentia temporum ortus signorum* inc. *Tempora quoque ipsorum signorum* des. *isti habent in occasum* (!); [b] (f. 152ᵛ) poeticon astronomicon (in ms. *astrologia*) libri I-II. Inc. *Iginus Fabio suo salutem* (lib. I uti in ed. cit., II tamen contractior des. *quae cum pressisset manouam deformauit circulum.* [3] (f. 161). *De circulis planetarum.* Inc. *Terra centron est spere celestis et omnium signorum;* sequitur *de polis,* des. *urne aquarii que ad ipsum usque decurrit accipiens.* (Cf. Bandini, Biblioth. laurentiana, III, col. 311).

Codex convenire potest nn. 274 vel 520 veteris indicis urbinatis; titulus praefert rubros, initiales minores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas tum floribus tum calamis intextis et coloribus ornatas. In textu plurimae astrorum imagines aqua et coloribus pictae sunt. In f. 1ᵛ circulus maximus corona laurea, auro et floribus decoratus, in quo tituli operum. Folii 2 tres margines lineis aureis, floribus, avibus decorati sunt; in margine inferiore duo puelli sustinent circulum, in quo tessera gentilicia urbinatis ducis, una aquila praedita. Ff. I. 1ʳ. 122. 165ᵛ. 166 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1359 (olim 1041, cf. f. 1). An. 1457 (cf. f. 71), membran., mm. 290×215, ff. III. 74.

Anicii (in ms. Antii) Manlii Severini Boetii artis arithmeticae libri I-II. (M. Patr. lat., 63, 1079-1168); praeeunt capita amborum librorum ff. 2 et 30, quae suis locis iterantur.

Codex, cui convenire possunt numeri 242 et 243 veteris indicis urbin., exaratus est *per Arnoldum Veerde Zautboemellensem, canonicum ecclesiae sancti Martini Zautboemellensi. Anno D. MCCCCLVII.* Tituli rubri, initiales maiores caeruleae, initiales maximae aureae intextis calamis et coloribus ornatae. Folii 1 margines et folii 31ᵛ margo sinister decorati sunt lineis aureis, intextis calamis, avibus coloribusque. In margine inferiore folii 1 circulus corona laurea efformatus, quem sustinent duo puelli cruces rubras in pectoribus ferentes; in circulo tamen deest tessera gentilicia. Folia I-III. 71ᵛ-74 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1360 (olim 199, cf. f. 1ᵛ). Saec. XV, membran., mm. 259×177, ff. IV. 151.

Vitruvii de architectura libri I-X.

Codex, qui convenit n. 291 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas in primo libro tantum, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. IVᵛ circulus corona laurea, auro, coloribus ac floribus decoratus, in medio circulo titulus operis litteris aureis in arvo caeruleo. Folii 1 tres margines lineis argenteis, floribus, auro et gemma decorati sunt. In margine inferiore duo puelli aligeri sustinent coronam caeruleam, in media corona aquila nigra expansis alis sustinet tesseram gentiliciam urbinatis ducis quatuor aquilis praeditam; in medio margine sinistro altera tessera gentilicia eiusdem ducis una aquila praedita. In prima initiali altera gemma. Folia I-IVʳ-148ᵛ-151 vacua.

Tegumentum uti in codice superiore.

1361. Saec. XV, membran., mm. 261×179, ff. 1-122.

Palladii Rutilii Tauri Aemiliani, viri clarissimi, opus agricolturae, libri I-XIII. Desunt in libro XIII quinque lineae in fine; abrumpitur enim: *Hora VI - pedes VIIII.* In ff. 1-6ʳ praeeunt tituli capitum, qui suis locis iterantur.

Codex, qui convenit n. 440 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales minores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 8ᵛ circulus corona laurea et auro efformatus ac floribus decoratus, in medio circulo titulus operis. Folii 9 tres margines ornati sunt floribus, avibus ac tribus circulis, in parte inferiore sinistra insigne garterii ordinis, quo Fridericus Urbini dux decoratus est; in medio, a duobus puellis aligeris sustentata, tessera gentilicia eiusdem ducis insignibus pontificiis et quatuor aquilis praedita; dextera insigne fridericianum, vulgo *coppetta.* Ff. 6ᵛ-8ʳ. 122ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1362. Saec. XIV, membran., mm. 253×166, ff. I. 132.

Palladii Rutilii Tauri de agricoltura; **M. Ceti,** faventini, liber architecturae; **Flavii Vegetii** epithoma rei militaris; nonnulla arithmetica, medicinalia et magica.

1 (f. 2). **Palladii Rutilii Tauri,** viri inlustris, opus de agricultura, libri I-XIII; singulis libris praeeunt capita, quae suis locis iterantur.

2 (f. 74). ⟨**M. Ceti Faventini**⟩ liber artis architectonicae ⟨interpolatus⟩ (in ms. *de architectura;* ed. Krohn, Lipsiae 1912 post Vitruvii opus, p. 262-283; sed in codice alia capita inseruntur; ¹ (f. 76ᵛ) *de organicis fistulis;* ² (f. 77ᵛ) *de capsa, cui supponantur fistulae;* ³ (ibid.) *de ordine fistularum;* ⁴ (f. 81) caput de *generibus colorum* fusius in codice, quam in ed., cap. XXVII eodem titulo; sequitur ⁵ (f. 82) caput *de croco hispanico;* ⁶ (ibid.) *quomodo scribatur ex auro vel cupro;* post cap. ultimum additur ⁷ (f. 83) *de spera vel hemisperio;* ⁸ (f. 83ᵛ) *de multis diversis;* ⁹ (f. 84ᵛ) *de mensuris arborum vel turrium;* ¹⁰ (ibid.) *de probatione auri et argenti;* ultimum hoc caput ed. Rose in praefatione ed. Vitruvii, Lipsiae 1899, p. XXVIII-XXIX).

3 (f. 85). *De multiplicatione numerorum: Si multiplicaueris singularem numerum per decennum - et omni articulo* C.

4 (ibid.). *De medicina valde utilis sententia: Propsiletrum ad noxios quosque humores extrinsecus desiccandos - alteram pro desiccandis humoribus curant accipere potionem.*

5 (f. 85ᵛ). **Flavii Vegetii Renati,** *viri illustris,* epythoma rei militaris, libri I-IV.

I (f. Iᵛ). ⟨Nonnullae magicae artis praeceptiones⟩: μαναι. σεταιλ. θαρει; *scribantur in dies* (!) *veneris sancti - quos amoris caritas simul coniungit error operum non disiungat.*

II (f. 130v). ⟨Nonnulla prophetice de conflictu inter ecclesiam et imperium⟩; parte priore abrasa inc. ... *ad temporalia patareni aduersus spiritualia sequentur anno XVIII. - nam aquila Alamania est. Quod autem afflictus...*

III (f. 131). Notula de magno terraemotu an. MCCCLXXXVII.

IV (f. 131v). ⟨Praeceptiones medicinae⟩. Inc. *Collirium diatamatia optimum ad omne uitium oculorum* - abrumpitur *et deinde uidebis mirabilia...* Aliae praeceptiones in margg. foliorum 2v-5.

Codex, qui convenit n. 439 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, interdum litteris caeruleis ac rubris alternis; initiales maiores caeruleas, virides, flavas ac rubras alternas, initiales maximas caeruleas lineis coloribusque decoratas. In f. 1v rudissime delineata sunt ecclesia hierosolymitana et sacrum sepulchrum. Mentionem innuit codicis Carini, *Archivio st. siciliano*, XXII (1897), p. 491 sq. F. 1r vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1363. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 262×205, ff. 1-25 (+ f. 1a).

Mazzoni Iacopo, *di Cesena, discorso a madama serenissima granduchessa di Toscana intorno alla cometa ueduta di luglio nel 1596.* Inc. (f. 1av). *Douendo io dunque per comandamento di v. a. farle un succinto, ma intiero discorso, della natura e sostanza delle comete, del significato loro.* Des. *C'ha posto Dio nella sua potestà sola. Al quale sia sempre lode e gloria per infiniti secoli. Del signore Mazzoni da Cesena;* praeit (f. 1a) *A madama serenissima granduchessa di Toscana: Quella bella e gratiosa donna (madama serenissima) che dagli antichi greci fu chiamata Pandora - che lo potrà fare senza riceuerne male o danno alcuno.* (Mentionem facit operis et codicis, quem putavit deperditum, Serassi, *Vita di Iacopo Mazzoni,* Roma 1790, p. 101 sq.; cf. p. 147).

Ff. 1v. 24v. 25 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1364 (olim 319, cf. tegumenti dorsum). Saec XV, chart., mm. 288×198, ff. III. 130.

⟨**Ioannis Philoponi** commentaria in A r i s t o t e l i s analytica priora, anonymo interprete⟩ (in ms. *Amonius Serenus, ... comentum analiticorum, quod maior Amonius composuit).* Inc. *Iam quidem nobis in prephatis dictum est superscriptionibus non erit absurdum commemorari, et nunc quemadmodum sint utilia predici.* Des. *sic quod b. eidem c., sed equalem conuertit. Finis.* (Cf. Wallies, Ioannis Philoponi in Aristotelis analytica priora commentaria. Berolini 1905, vol. XIII, p. II).

Codex, qui convenit n. 257 veteris indicis urbin., titulos atque initiales minores praefert rubra, initiales tamen maximae desunt. Ff. I-III. 125-130 vacua.

Contectus pelle castanea ac munitus fibula saec. XV.

1365 (olim 170, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 270×205, ff. I. 248.

Alberti Magni commentaria il libros I-VIII politicorum Aristotelis. (Opp., Lugduni 1651, vol. IV, p. II, p. 4-500).

Codex, binis columnis una manu transcriptus nulla praefert ornamenta. Ff. I. 234-248 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1366 (olim 210, cf. f. 1). Saec. XIV, membran., mm. 276×200, ff. I. 175

S. Thomae de Aquino in I-X libros ethicorum Aristotelis expositio (in ms. *rationes super libros...*). (Opp. Romae, 1570, Tom. V, p. I, f. 1-142).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 154 signatur, binis columnis exaratus titulos praefert rubros, initiales librorum caeruleas, initialem primam variis coloribus pictam. In margine sinistro folii 1 imago s. Thomae, alloquentis. In margine inferiore posterius picta est tessera gentilicia Friderici Urbini ducis, tribus aquilis praedita; in marg. superiore folii 174v: *XI quinternos de stacione taxati* (!). Ff. I. 174v. 175 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII, pont. max.

1367 (olim 427, cf. f. 2). Saec. XIV-XV, membran., mm. 278×210, ff. II. 226.

⟨**Ioannis Buridani**, cf. cod. 198⟩ quaestiones in X libros ethicorum Aristotelis. (Impressore Wuolffango Hopil, Parisiis 1499). In ms. adduntur verba: *Consequenter quaeritur sexto in quo actu intellectus consistit humana felicitas... Et de ista quaestione nil plus fecit nec per consequens super decimo, quia mors eum inuasit. Cuius anima requiescat cum beatis in sancta patria. Amen.*

Codex, in vetere indice urbin. n. 264 signatus ac binis columnis exaratus, initiales tam maiores quam minores praefert rubras, interdum lineis ornatas; primam initialem rubram auro, foliis, fructibusque decoratam. In f. 1v posterius additus est circulus magnus auro et frondibus laureis efformatus atque auro, frondibus ac floribus decoratus; in medio circulo titulus operis sine auctoris nomine. In margine inferiore folii 2 posterius addita tessera gentilicia corona, insignibus pontificiis ac duabus aquilis praedita et infra litterae F⟨ridericus⟩ ⟨Dvx⟩. Ff. I. II. 1r. 224v-226 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII, pont. max.

1368 (olim 456, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 286×206, ff. II. 291.

1. **Ioannis eben Mesue** [1] (f. 1) de consolatione medicinarum simplicium solutivarum, ac de simplicibus libri 1-2 iuxta antiquam versionem. (Opp. omnia, Venetiis 1562, f. 1-90). [2] (f. 75). Grabadin medicinarum particularium (in ms. *de medicinis apropiatis)* sectiones I-III cum prologo. (Ed. cit., f. 184-219).

2 (f. 198v). **Petri Apponi** in librum Ioannis Mesue additio. Pergit lin. 23, nullo spatio interposito: *Si autem fuerit in eo humor cum praecedenti eius adequationem* (!) *et uirtus sufficiet;* differt sub finem ac des. *et maxime cum succo plantagis* (l. cit., f. 219-228v).

3 (f. 235ᵛ). ⟨De cura leprosorum⟩. Inc. *Huius medicine confectio creata est. Recipe auri purissimi ℥ iii, balsami electi ℥, 1; mirre electe, aloes empici.* Des. *cum melle et reliqua curatione donec sanetur.* Clauditur subscriptione: *Explicit tractatus secundum Mesue translatus Neapolim de greco in latinum.*

4 (f. 240). **Ioannis Mesue** grabadin, seu antidotarium. (Ed. cit., f. 91ᵛ-171).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 306 signatur, titulos praefert rubros, initiales minores caeruleas lineis rubris distinctas, initiales maximas aureas intextis calamis, auro et coloribus ornatas. In f. 11ᵛ circulus maximus auro, coloribus, foliis et floribus ornatus ad excipiendum titulum codicis. Infra circulum tessera gentilicia corona, quatuor aquilis atque insignibus pontificiis praedita et litt. FE⟨dericus⟩ DVX. In f. 289ᵛ alia manu, scholium de mensibus: *Mensis est quintuplex, scilicet, mensis uulgaris, coniunctionis, peragrationis, apparitionis et medicinalis - Dies medicinalis habet 23 horas et quartam partem unius horae.* Ff. I. IIʳ. 238. 239. 189ᵛ. 190ʳ. 191 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XI et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1369 (olim 426, cf. f. 288). Saec. XIV-XV, membran., mm. 294×212, ff. I. 295 (+ f. 287ᵃ).

1 (f. 4). ⟨Gualteri⟩ **Burlei**, anglici, expositio super I-X libros ethicorum Aristotelis. Lib. I inc. « Omnis ars et omnis doctrina ». *Scientia moralis quae est de actionibus uoluntatis.* Lib. X des. *id quod de libro ethicorum intellexi. Et Deo qui dedit intelligere sint gratie infinite;* praeeunt (ibid.) prooemium: *Intendo autem in hoc opere. In principio cuiusque libri - tamquam authenticum est tenendum;* index quaestionum libri I, quae tamen reliquis libris praemittuntur. (Venetiis apud heredes Octaviani Scoti, 1521).

2 (f. 253). ⟨Quaestiones in aliquot libros politicorum Aristotelis⟩. Incipiunt: *Primi libri politicorum. Probatur quod finis ciuitatis est optimum bonum humanum et probatur sic.* Sequuntur quaestiones aliquot in libros II. III. VII. et VIII. Desinunt: *quia ille disponunt et praeparant ad finem potentie.*

3 (f. 254ᵛ). **Boetii** *aliquae quaestiones.* Incipiunt: *Probatur quod omnis subita mutatio rerum non est sine graui conflictu animorum.* Desinunt: *non enim coronaretur paciencia martyrum si non esset persecutio malorum. Amen.*

4 (f. 256). **Ricardi Clincthonensis** *quaestiones morales.* Incipiunt: *Utrum uirtutes morales ex defectu et superabundantia corrumpantur. Et primo ex numero.* Desinunt: *et talis magis superabundat ratione sui ipsius, quam ratione magnanimitatis.*

5 (f. 288). ⟨Index quaestionum in Burlei opus super ethicam Aristotelis, ordine alphabetico⟩. Inc. A. *Adulterium et homicidium si semper sunt mala.* Des. *non omnia si omnis.*

6 (f. 291ᵛ). *Frater Geraldus in scripto ethicorum* (sc. index). Inc. *Utrum omnia bonum appetant tanquam finem.* Des. *quia amici similiter ut amici maxime apetunt conuiuere. Expliciunt questiones fratris Giraldi.*

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 263 signatur, tribus manibus scriptus et fortasse ex tribus codicibus compactus. Prima manus scripsit ff. 4-252; secunda ff. 253-255 et 288-293; tertia binis columnis ff. 256-287. Initiales tam maiores quam maximae, tum caeruleae, tum rubrae, lineis coloribusque distinctae. In f. 3ᵛ circulus magnus auro floribusque decoratus cum titulis duorum operum; infra circulum posterius picta tessera gentilicia corona, insignibus pontificiis et quatuor aquilis praedita, et infra litterae FE⟨dericus⟩ DVX. In margine superiore f. 4 alia manu: *Scriptum solemne et famosissimum Borley super ethica Aristolis* (!) *stetit in bonis manibus*. Ff. 1-3ʳ. 287ᵃ. 294. 295 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1370 (olim 432, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 297×189, ff. III. 196.

Christophori Landini, *florentini, de anima, libri seu dialogi I-III.* Liber I (f. 7) inc. « Carolus » *Cur huc tu, Landine, et unde, hac praesertim hora et hoc die.* Des. *in sequentes dies transferantur;* praeit (f. 2) auctoris praefatio ad *Herculem Estensem: Cum ex omnibus philosophie partibus, que quidem plurime maximeque existunt - in hunc fere modum sermonem instituit;* lib. II (f. 45ᵛ) inc. « Landinus » *Quam simus hesterna tua disputatione delectati dici non potest;* des. *precipue id a uobis prestandum censeo;* praeit (f. 43) auctoris praefatio ad eundem *Herculem: Perdifficilem sane, illustrissime Hercules, eam questionem esse, qua de animorum nostrorum essentia origineque inquiritur - huiuscemodi a nobis exordium sumptum esse memini;* liber III (f. 135) inc. « Carolus » *Vides, o Landine, cum ea hactenus, que non hominis sed amantis sunt, dixerim;* des. *incommutabili sempiternoque bono fruetur;* praeit (f. 133) praefatio ad eundem: *Cum multorum hominum uaria, ac inter se penitus diuersa studia - in hunc fere modum locutus est.* (Excerpta quaedam praefationum vide apud Bandini, Specimen litter. florentinae saec. XV, Florentiae 1747, 1, p. 140-146).

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 254 signatur, titulos praefert aureis caeruleisque litteris scriptos, tam in circulo floribus ornato in f. 4ᵛ, tam ante textum; initiales maximas aureas floribus ornatas. Folii 2 margines tres floribus et auro decorati sunt, in margine inferiore in circulo aquila nigra sustinet tesseram gentiliciam Urbini ducis una aquila praeditam. Ff. I-III. 4ʳ. 193ᵛ-196 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1371. Saec. XVI ex., chart., mm. 305×225, ff. I. 367.

Baffi Ioannis Baptistae Venantii, *curinaltensis, medici et philosophi, in Avicennae Fen primam IV libri, quae est de febribus, paraphrasis in I-IX digesta libros; scholiis etiam adiectis, ut medicis utilis sit... cum citatorum auctorum cathalogo ac rerum omnium locupletissimo indice.* Liber I (f. 33) inc. *Febris est praeternaturalis calor in corde accensus, spiritu et sanguine tamquam medium operantibus, per uniuersum corpus distributus, eius actiones et munia laedens.* Lib. IX des. *Cui sacratissimae et purissimae Deiparae Virgini*

omnia me debere et affirmo et praedico; praeeunt [1] (f. 1-2) titulus; [2] (f. 3) prologus (ad Franciscum M^am II, Urbini ducem): *Hippasus methapontinus et Eraclitus ephesius, serenissime princeps, mihi a summa ratione minime remoti fuisse uidentur - id enim erit studiorum meorum auxilium et mei ingenioli ac uirtutis incitabulum;* [3] (f. 20) *D. Ambrosii, humilis iuris doctoris pennensis, ad auctorem hexastichon: Cecropios halante thimos cedrumque papyro - non nisi grata dabit;* [4] (ibid.) eiusdem epigr. ad lectorem: *Praebuit anthidotum pro Circes poculo Ulissi - nunc tenet ille locum;* [5] (f. 20v) *Antonii Populini, leonessani, encomion auctoris,* (hexametri 1-21): *Abstrusa in uenis terrae ut iacuere metalla - sunt monumenta perenni;* [6] (f. 21) ἄλλον τοῦ αὐτοῦ: Εὕρισε μὲν θυήτοις κατὰ φάρμακα Φοῖβος 'Απόλλων - ὤ μάλα καρπόφορα: [7] (ibid.) *auctoris carmen* (decastichon) *ad librum: Quid mala, quid morsus, liber, et quid crimina curas - praeualet ingenio;* [8] (f. 22) *auctorum cathalogus,* binis columnis: *Abynzoar / Actuarius / Aegidius / Aelianus / - Zonara / Zoroaster;* [9] (f. 25v) ad lectorem: *Mirus est profecto Auicenna et omni medica doctrina absolutissimus - haec litteris obsignauimus;* [10] (f. 27) *Maccii Sebastiani, philosophi durantini,* in opus sapphicum carmen: *Rura Caesari et Mysiae feracis - Munus et offert;* [11] (f. 31) eiusdem alterum carmen asclepiadeum et gliconium ad lectorem: *Tu, qui haec scripta Ioannis legis incliti - Una cum celebri hoc uiro;* [12] (f. 331) binis columnis sequitur index rerum: *A Virgine Deipara author omnia accepisse fatetur. a. 316 - Zaratas Pytagorae praeceptor. a. 1.*

Ff. I. 1v. 2v. 21v. 32. 364v-367 vacua. De codice et opere cf. Cimarelli, *Istorie dello stato d'Urbino da'Senoni detta Umbria Senonia... et di Corinalto...* Brescia 1643, lib. III, pag. 170.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1372. Saec. XV, chart., mm. 290×203, ff. 1-93.

Ioannis ⟨Canale⟩, *ferrariensis, ordinis min., de caelesti vita sacrae theologiae,* libri I-IV *ad Borsium, principem illustrissimum.* Lib. I (f. 3) inc. *Facturus opere precium arbitror, si passim priscorum sententias dispersas in unum coaceruare.* Lib. IV des. *claritatem aeternam consequamur. Quam ob rerum bene gestarum laborem daturus ultro est ille, qui uictor triumphat in celis;* praeit (f. 1) auctoris prologus: *Nisi immortales musae diuaeque camoenae iam pridem Castalii fontis Eliconisque scaturientes latices delibassem - eternum consequaris praemium;* sequitur (f. 87v) index capitum. Meminit huius auctoris Waddingus, Scriptores ord. min., Romae 1806, p. 133; opus autem editum est Venetiis 1494, cf. ibidem, et Panzer, Annales typographici, Norimbergae 1795, 3, p. 356).

Codex n. 267 in vetere indice urbin. signatur. Prima initialis aurea coloribus ornata est, tituli rubri. In marg. inferiore folii 1 tessera gentilicia duabus aquilis, corona et insignibus pontificiis praedita et infra litterae FE⟨dericus⟩ DVX. Ff. 88v-93 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1373. Saec. XIV, chart., mm. 287×205, ff. IV. 166.

Haly heben Ragel (idest **Abul Hasan Ali, ben Rigâl**; cf. Wüstenfeld, *Die Übersetzungen arabischer Werke in das lateinische*, Göttingen 1877, p. 89 sqq.) de iudiciis astrorum (in ms. *astrologie)*, quem Yhuda, filius Musce, praecepto domini Alfonsi, Romanorum et Castelle Dei gratia regis illustris, transtulit de arabico in maternum, videlicet yspanicum ydioma, et quem Egidius de Tebaldis, parmensis, aulae imperialis notarius, una cum Petro de Regio, ipsius aulae prothonotario, transtulit in latinum. Libri I-VI priores. Caput I (f. 1ᵛ) inc. *Duodecim signa sunt in celo, similia membris corporis.* Caput ultimum libri VI des. *secundum quod inueneris et certificaberis cum Deo. Hic perficitur pars sexta libri Aben Ragel;* praeeunt [1] (f. 1) prooemium: *Hic est liber magnus et completus;* sequuntur capita libri I; [2] (ibid.) prooemium interpretum: *Dixit Haly;* · [3] (ibid.) prooemium auctoris: *Iste est liber in quo multos sensus - fuerunt itaque partes libri octo.* (Venetiis 1485 impensis Erhardi Ratdoff de Augusta, f. 1-109ᵛ). Sequuntur alia capitula: [1] (f. 156ᵛ) *de dispositione aeris: Considera signum ascendentis - habebunt tamen mundi diuitias in sua potestate;* [2] (f. 157ᵛ) *de pronosticatione ventorum* (differt sub finem a cap. 27 libri VIII operis cit., f. 146ᵛ); [3] (ibid.) *de Iove cum praedictum dominium obtinuerit;* [4] (f. 158) *de Marte;* [5] (ibid.) *de Sole, ut supra;* [6] (ibid.) *de Venere, ut supra;* [7] (ibid.) *de Mercurio;* [8] (f. 158ᵛ) *de luna;* [9] (ibid.) *planetae significantes ventos;* [10] (f. 159) *de prognosticatione futurorum ventorum;* [11] (ibid.) *de ventis et tempestatibus;* [12] (f. 159ᵛ) capita 28-30 operis cit. lib. VIII, f. 147-147ᵛ); [13] (f. 160) *de partibus aeris et ventorum;* [14] (ibid.) *de flebotomia et dandis medicinis;* [15] (f. 161ᵛ) *quivis planeta quem humorem proicit;* [16] (ibid.) *de planetis fortunatis et infortunatis;* [17] (ibid.) *de complexionibus planetarum* des. *scilicet superiorum cum inferioribus et sic ordinauit et uoluit Deus.*

I (f. II). (Hexametri I-V de eclipsi an. 1430) *Mille quatrocentumque decem ter sumpserat annos - Eugenium quartum egit menseque tertia terna.*

Codex, qui convenit n. 282 veteris indicis urbin., duabus manibus coaevis et binis columnis scriptus est. Prima exaravit ff. 11-156, secunda supplevit ff. 1-10. 156ᵛ-161ᵛ; haec praemisit titulos rubros capitibus, qui desunt omnino in foliis primae manus; initiales tamen omisit utraque manus. In f. I librorum index antiquior cum notula: *ducatus 4.* In f. IVᵛ alter parvus index manu saec. XV. Ff. Iᵛ. IIᵛ. III. IVᵛ. 162-166 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1374. Saec. XV, membran., mm. 275×188, ff. I. 50.

⟨**Ioannis Pekam**, archiep. cantuariensis⟩ prospectiva ⟨communis⟩, libri I-III. (Saepe ed.; contuli cum ed., Coloniae 1592; ultimum theorema in

ms. deest; abrumpitur vv. *Quidam in hoc philosopho contradicere non uerentur... Explicit perspectiua).*

In vetere inventario urbin. codex n. 290 signatur; tituli desunt, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae coloribus et auro ornatae sunt. Folii 1 margines tres decorati sunt floribus et auro; in parte infer. tessera gentilicia insignibus pontificiis, corona et quatuor aquilis praedita in corona laurea; infra litt. F⟨ridericus⟩ D⟨ux⟩. Ff. I. 46ᵛ-50 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1375. Saec. XVI ex., chart., mm. 284×211, ff. 1-34.

1 (f. 2). **Geriux Filippo** *descrittione delle fontane acide di Spa con molte altre additioni aggiunteui et della fontana di ferro di Tongres, tradotta dalla lingua franzese nell'italiana (a Morberio Gualterio,* cf. cod. 1351, f. 36ᵛ). Inc. *Al lettore. Vi parerà per auentura molto stranio (amico lettore), che uolendo io compiacerui et gratificarui con qualche mia fatica.* Des. *et alleuiamento alli poueri infermi.* (Lingua francica ed. Liège, G. Morterius 1583; de auctore cf. *Biographie nationale de Belgique,* VII, Bruxelles 1883, col. 670 sqq.).

2 (f. 18). **Lemborg Gilberto** *della selva di Ardenna et principalmente di quella che si trova a Spa, tradotta dalla lingua franzese nell'italiana da Gualtiero Morberio.* (Omnino uti in cod. 1351, f. 36ᵛ).

3 (f. 34). ⟨De usu aquae fontis spadensis⟩: *Volendo pigliar quest'acqua bisogna purgarsi prima - uiua con buona regola due mesi continoui* (cf. cod. cit., f. 15).

F. 1ᵛ vacuum; folia sunt refecta.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1376. Ann. 1462-1464 (cf. subscriptiones in ff. 14. 119. 227. 235). Chart., mm. 306×211, ff. 1-237 (+ ff. 227ᵃ⁻ᶜ).

Gerardini de Piperariis regula praesidentis; **Aegidii** rom. de regimine principum; **Alfonsi Bonihominis** contra errores iudaeorum; psalterium contractum; sententiae et auctoritates; lexicon; **Bartholomaei** bergomensis grammaticalia; **Pseudo Bernardi** sermo; **B. Ogerii** ex sermonibus excerpta; **Arnulfi** speculum monachorum; **Petri** a s. Rubiano vita s. Nicolai a Tolentino; de arte grammatica; instructiones de confessione.

1 (f. 1). ⟨**Gerardini** de **Piperariis** *de Cremona,* cf. notam in f. 14⟩ *de regula praesidentis* (seu de virtutibus, quae requiruntur in praesidente) libri I-III. Caput I « de prudentia » inc. *Esurgat Deus et prudentie contemptores extinguat. Varie quidem errant qui prudentie fideliter adherentes contumaces esse fatentur.* Cap. XXIX libri III, « de brevitate et exitu praesentis vitae » des. *faciamus utique igitur bonum, quo cum exitum faciemus leti deuolemus ad eam*

uitam, que est sine fine beata; sequitur index capitum trium librorum, cui praemittitur notula scribae manu: *Infra scripte sunt rubrice capitulorum presentis libri, intitulati: Regula presidentis. Sed nota quod cunctas litteras principales omnium capitulorum presentis libri incipiendo ab E, prima littera primi capituli, deinde a G, prima littera secundi capituli et descendendo de una in aliam usque ad S, prima littera ultimi capituli presentis operis in unum regulariter et ordinate posueris, dare presentis operis nomen auctoris inspicies.* Et revera litterae initiales capitulorum in unum collectae dant titulum: *Ego Geuardinus* (fortasse pro Gerardinus) *de Piperariis de civitate Cremona cumposui hoc opus de regula presidentis.*

2 (f. 15). ⟨B.⟩ **Aegidii** romani, ord. s. Augustini, de regimine principum libri I-II priores. Differt aliquantum ab edd. des. vv. *licet quedam alia particularia sub narrationem cadant proposuimus ea silentio pertransire.* (Romae 1607, p. 1-400).

3 (f. 111). **Alfonsi Bonihominis**, ord. Praed., epistola Rabbi S a m u e l i s ad Rabbi I s a a c u m contra errores iudaeorum (in ms. *contra Iudaeos)* ex arabico in latinum versa. Inc. *Ego frater Alfonsus Boniominis hispanus hunc libellum antiquissimum, qui nuper casu uenit ad manus meas.* Des. *ut corruptus homo penitus et ignorans.* (De edd. cf. Quétif et Echard, Scriptores ord. Praedocatorum, Lutetiae Parisiorum 1719, 1, p. 594 sq. et Wüstenfeld, *Die Übersetzungen arabischer Werke,* Göttingen, 1877, p. 119 sq.).

4 (f. 119ᵛ). *P s a l t e r i u m* (contractum). Inc. *Domine labia mea aperies et os meum... Beatifica, Domine, animam meam.* Des. *et ignem suauissimum amoris tui in me accende. Qui uiuis...* Infra notula: *Beatus Ieronimus hoc modo hoc psalterium composuit postquam angelus Domini docuit illum... et hunc legat et infallibiliter saluus erit.*

5 (f. 122). *Liber s e n t e n t i a r u m de diversis doctoribus* (et ex vitis patrum ethnicisque auctoribus). Inc. *Cum uerbum caro factum cum homine ad tempus.* Des. « Basilius » *Sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior homo nutritur ac pascitur;* praeeunt (f. 121ᵛ) capita 1-66. I. *De caritate / De dilectione - De lectione.*

6 (f. 147). *Auctoritates collectae super diversis materiis utilibus* (ad excitandum amorem in Deum). Capp. 1-72. Incipiunt: *Quid nos miseri a spirituali studio dormitamus, quos tam multipliciter insectatur nequitia spiritualis.* Des. « Longidorus » *Sanctis scripturis tuis non melle sed nectare dultioribus, sy mereor, me informare digneris;* praeeunt (f. 146ᵛ) capitula 1-72; I: *Quod spirituali studio debemus sine torpore insistere - Cap. 72. De sancto Augustino.*

7 (f. 177). ⟨Parvum l e x i c o n⟩. Inc. *Anima est substantia rationalis et intelligibilis eterno semper in motu consistens.* Des. *Zodiacus est circulus, qui ex linearum duarum angulis ex una linea constat. Amen. Explicit.*

8 (f. 182). **Bartholomaei bergomensis** *de verbis latinis, quae geminatis litteris scribenda sunt ac de modo punctandi.* Cap. I. *De his quae scribuntur per A geminatum.* inc. *Aaron / Abraam / Balaath / Balaam.* Des. *de puncto interrogativo: breue hoc subijcitur exemplum;* praeit (ibid.) prologus *ad Franciscum mirandulensem. Concordiae comitem, Bartholomeus pergamensis clarissimo viro Francisco mirandulensi.* Inc. *Animaduertisti pro tua singulari prudentia.* Des. (f. 189) cum clausula ad eundem comitem: *Cum igitur tuorum maiorum claro genere illustreris... Nam illud temeritatis est et intemperantie, hoc uero pusillanimitatis et incostantiae. Vale.* (Nulla mentio huius auctoris apud scriptores rerum bergomensium vel mirandulanarum).

9. S. Bernardi (?) [1] (f. 189v) *sermo de nativitate et passione Iesu Christi.* Inc. *Omnis qui ad nostrum Hemanuel, hoc est uerbum patris altissimi, quod caro factum est.* Des. *Benedicti sunt qui diligunt eam et super omnia sit benedictus filius eius Iesus Christus. Qui cum patre...* (Cf. Bandini, Biblioth. laurentiana IV, col. 563 et 588; Valentinelli, Biblioth. ms. s. Marci Venetiarum, Venetiis 1869, 2, p. 56).

10 (f. 192v). ⟨**B. Ogerii**⟩ (in ms. *Bernardi)* excerpta ex sermonibus I-XV (in ms. *homeliis)* in coena Domini; (ex homilia X. I. III. V. VI. VII. VIII. IX. X. IV. VII. XI. XIII. XIV et XV). Incipiunt: « De pace »: *Non quomodo mundus dat ego do uobis. Qualem pacem dat mundus iste.* Desinunt: *eorum saluti, sicut et nostrae pro posse consulendo et eorum necessitatibus, prout facultas suppetit, subueniendo.* (M. Patr. Lat., 184, col. 879-946, sermo XV, n. 1).

11 (f. 204). **Arnulfi** (in ms. *Bernardi)* monachi de **Boeriis**, speculum monachorum. (M. 184, 1175-1178).

12 (f. 204v). Excerptum ex homilia XV (b. Ogerii; l. cit., col. 949, lin. 9 - col. 950, lin. 13).

13 (f. 205). ⟨De arte grammatica⟩. Inc. *Quot sunt partes orationis, sunt octo. Quot sunt partes declinabiles, sunt quatuor.* Des. « De antitosi » *Ut olli pro illi et displicina pro disciplina Amen. Anno Domini 1463 et die 26 mensis maij.*

14 (f. 228). **Petri a s. Rubiano**, ord. s. Augustini, vita s. Nicolai a Tolentino, ord. heremitarum s. Augustini, praemisso prologo. (De edd. cf. Bibliotheca Hagiogr. lat., Bruxellis 1900, 2, p. 901, n. 3); in ms. (f. 235) clauditur subscriptione: *Explicit hystoria... a fratre Petro de sancto Rubiano lectore composita sub anno Domini MCCCXXVI... et scripta a fratre Matheo de Regio, ord. fratrum heremitarum s. Augustini... sub anno Domini 1464, die 4 Iulii,* (cf. Poncelet, Catalogus codd. hagiogr. Biblioth. Vatic., Bruxellis 1910, p. 302).

15 (f. 235v). ⟨Instructio confessoris et paenitentis⟩. Inc. *Confessor uenientem ad confessionem benigne et karitatiue eum recipiat.* Des. *Nona con-*

fiteor de gula, in qua peccaui diebus ieiuniorum quadragesimae et quatuor temporum.

Ff. 1-227 scripsit *frater Christoforus, pisaurius, magister indignus ann. 1462 et 1463* (cf. subscriptiones in ff. 14. 119. 227); ff. autem 228-237 *frater Matthaeus de Regio, ord. s. Augustini, an. 1464* (cf. subscr. in f. 235). Initiales maiores rubrae, prima initialis aurea coloribus, avi ac frondibus ornata est. Ff. 227ᵛ-227ᵃ⁻ᶜ. 237ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1377. Saec. XVI, chart., mm. 303×225 (sed multa folia, mm. 278×225), ff. 1-492.

De Rerum definitionibus (i. e. Lexicon verborum, definitionibus ex idoneis auctoribus omnium gentium et omnis aetatis depromptis). Inc. (f. 49). *Ars est habitus effectiuus cum ratione. Arist. 6 Ethic. c. de Arte.* Des. *Zeugma gramaticum figura est... mesozeugma cum interponitur, ypozeugma quando sequitur.* In ff. 2-47 index vocum: *Abacus numero 1. 2. 3 in additis. - Zimia. 8.*

Codex non una manu scriptus est, sed priori scripturae aliae posteriores manus additamenta uberrima introduxerunt. quare non iam ordine alphabetico ad amussim voces scriptae sunt. Folia interdum vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1378 (olim 437, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 298×195, ff. 1-161.

⟨**Ioannis Folsham**, carmelitae, *de natura rerum, vel moralitates rerum,* partes I-VIIII, cf. Tanner, Biblioth. Britannico-Hiber., Londini 1748, p. 291⟩ (in ms. f. 2: *Tractatus de natura et proprietatibus celi et mundi ex sententiis sanctorum et sapientum mundi)...* et (f. 1ʳ) titulus: *Liber de proprietatibus rerum, excerptus ex multis auctoribus sine auctoris nomine;* in fine (f. 157ʳ): *Explicit summa de natura et proprietatibus rerum animatarum et inanimatarum.* Pars I inc. *Triplex est esse. Quedam enim res sunt composite et in compositione sua sunt mixte ex quatuor elementis.* Pars IX des. *Illis uero sola pietas diuinae misericordiae;* sequitur (ff. 157ᵛ-159ʳ) index capitulorum, quae interdum in opere iterantur. (De auctore cf. etiam Bibliotheca carmelitana, Aurelianis 1752, 1, col. 847).

Codex, qui convenit n. 268 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas frondibus coloribusque pictas in campo aureo. In f. 1ᵛ circulus auro, floribus coloribusque ornatus; in medio circulo titulus operis litteris aliquantum maculatis. Folii 2 tres margines decorati sunt auro, lineis floribusque; in parte inferiore in medio circulo tessera gentilicia duabus aquilis, corona atque insignibus pontificiis praedita, et infra litterae F⟨idericus⟩ D⟨ux⟩. Ff. 1ʳ. 160. 161 vacua.

Tegumentum ex corio castaneo saec. XV cum ornamentis impressis, fibulis discerptis

1379. Saec. XVI, chart., mm. 267×190, ff. III. 179.

⟨*Psalterium gallicanum* per hebdomadam cum ordinario officii de tempore secundum usum romanum⟩ (in ms. *Psalterium dispositum per hebdo-*

nadam cum ordinario officii de tempore). 1 (f. 1). Dominica ad matutinum... Pater noster... in principio matutini ac primae et in fine completorij Credo... *Domine labia mea... invitatorium: Adoremus Dominum, qui fecit nos;* 2 (f. 24) post laudes dominicales, Prima, tertia...; 3 (f. 142) vesperae dominicales et feriales; 4 (f. 168) post vesperas sabbati completorium et antiphonae B. M. V. (Cf. Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. Vatic., Friburgi Brisgoviae, 1897, p. 12).

Codex binis columnis cum titulis in summis marginibus et rubricis. Initiales minores rubrae, initiales maximae aureae, aedificiis et campis pictis decoratae sunt. Ff. I-III. 175v-179 vacua. Descripsit Ehrensberger, l. cit.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1380 (olim 408, cf. f. IVv). Saec. XVI, membran., mm. 243×171, ff. IV. 67.

F. 8. **Plutarchi** libellus de virtute morali, Andrea Acquaviva, Hadriae duce, interprete. Inc. *Quum mihi sit de morali uirtute disserendum.* Des. *qua quidem nulla est ingenuo adulescenti aptior aut perfectior disciplina;* praeit (f. 1) interpretis praefatio ad praestantissimum Troianum Caracciolum, principem Melfiei: *Socrates ille sapientissimus - par aliter quam si mihi Pythagoras aut Socrates fores.* (Neapoli ex officina Antonii de Fritiis, 1526; iterum ed. Helenopoli, 1619).

Tituli rubri, in ff. 1. 8 aurei; initiales tam maiores, quam maximae aureae lineis aureis ornatae in campo caeruleo. In f. 1 porta cuius postes auro, candelabris superpositis et coloribus ornati sunt. In basi pueili aligeri ludentes, in arvo campi, omnia manu italica mediocri arte picta. Folii 8 margines decorati sunt frondibus aureis, candelabris, pyris flammigeris, sirenibus in campo caeruleo. Ff. I-IV. 7v. 65-67 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1381 (olim 31, cf. f. 1). An. 1476 (cf. f. 118). membran., mm. 239×166, ff. 1-124.

Antonii Citadini, *physicae ac medicinae professoris, commentarius in dialectica minora Pauli veneti,* commentarii I-VII. Commentarius I (f. 2) inc. *Conspiciens in circuitu auctor operis huius extitisse dicitur Paulus uenetus, uir singularis ingenii et magnae doctrinae.* Comment. VII des. *si prius confessum erit atque manifestum illius artis principia firma ueritate teneri;* praeit (f. 1) auctoris praefatio *ad illm̃um... Federicum, Urbini ducem...: Nonnulla sunt in dialecticis conscripta, princeps eruditissime, quibus plerique tantam adhibent fidem - philosophi munusculum laetiore uultu susceperis;* subsequuntur 1 (ff. 119-122) *paradoxa,* seu indices argumentorum: *Quod dialecticorum Pauli ueneti non est unum genus subiectum - Quomodo argumentatio soluatur quae est: quando magis sitis tanto magis bibis et reliqua;* 2 (f. 122) *sententiae eorum quae de universa logica disputantur: Quae sit philosophiae diuisio - Quod dyalectica ars ab Aristotile et Boetio perfecta est.* (De auctore

cf. praeter alios Montanari, *Gli uomini illustri di Faenza,* Faenza 1883, vol. I, p. II, p. 43 sq.).

Codex, qui convenit n. 258 veteris indicis urbin., scriptus est: *Die vigesimo nono Iulhij, 1476, hora 17,* uti colligitur ex subscriptione manu librarii in f. 118. Tituli minusculis rubris, initiales tam maiores, quam maximae aureae lineis aureis ornatae sunt in campo caeruleo. Folii 1 quatuor margines decorati sunt in campo caeruleo intextis calamis, avibus et auro; in parte inferiore in corona laurea tessera gentilicia Friderici, Urbini ducis, quatuor aquilis praedita. Ff. 118ᵛ. 122ᵛ-124 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1382 (olim 381, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 225×170, ff. 1-278.

⟨Praelectiones in libros **Aristotelis** de anima⟩. Incipiunt: *Erat difficultas de subiecto substantiae de anima, in qua adiunxi rationes eorum, qui uolunt corpus animatum esse subiectum et non animam. Deinde adduxi rationes eorum qui contradicebant.* Desinunt: *Nam oculus uidens colorem album si iudicaret illum esse flauum deciperetur.*

Ff. 1. 2. 49. 50. 237ᵛ. 261ᵛ. 270ᵛ-278 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1383 (olim 439, cf. f. 1). Saec. XII, membran., mm. 211×150, ff. II. 116.

Dioscuridis (Pedanii) anazarbaei de virtutibus herbarum, opus (interpolatum) iuxta veterem versionem, ordine alphabetico. Inc. (f. 2). *Acorus idest ueneria uel afrodisia uel piper appium herba est folia habens yrisimilia, lata et oblonga.* Des. *Zedoar calide uirtutis est et uiscide... cuius dolorem antiquum a ieiuno sumptum masticationem tollit;* praeit (f. 1) Dioscuridis prologus: *Multi uoluerunt auctores antiqui de uirtutibus herbarum - in uasis eneis aut stagneis facis.* (Contuli cum ed. Lugduni per Gilbertum de Villiers, 1514, quocumque ut plurimum convenit; de hac antiqua versione ex lingua arabica cf. Fabricius Harles, biblioth. gr., Hamburgi 1795, IV, p. 695, n. 1).

Codex, qui convenit n. 313 veteris indicis urbin., titulos atque initiales praefert rubro colore illita. Ff. I. II. 116ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1384. Saec. XV, membran., mm. 240×172, ff. I. 88 (— f. 29).

1. **Ali** *ibn* **Ilhaytim** *de imaginibus caelestibus a* ***Guillelmo Raymundo de Moncata*** *ex arabico in latinum versis.* In duabus columnis arabice et latine: Textus arabicus (f. 3ᵛ) inc. بسم الله الرحمن الرحيم | قال ابو على ابن | الحسن ابن الحاتم | تعلم ان الله تعالى تبارك | اسمه وضع الشمس بين ستة | كواكب ثلاثة فوقها وثلاثة | تحتها...

Textus latinus (ibid.): *In nomine Dei clementis et misericordis. Dixit Ali, filius Ilhasan, filius Ilaytim. Scito Deum excelsum, benedicatur nomen eius,*

ordinasse solem in medio sex planetarum trium superiorum et trium inferiorum. Des. *uirtute Dei creatoris saeculorum. Amen;* praeit interpretis dedicatio *ad illustrissimum... Federicum, ducem Urbini: Etsi negociis reuerendissimi domini mei, card. melfitensis, sim quotidie occupatus - Sed iam ad ipsam interpretationem, humanissime princeps, deueniamus.* (Praefationem et aliquot excerpta operis ed. Starrabba, *Guglielmo Raimondo Moncada* in *Archivio st. Siciliano,* N. S. an. III (1878) p. 85-88); sequitur [1] (f. 26v) aliquarum vocum arabicarum interpretatio: *Ali est nomen hebraicum quod Eli dicitur, sed quia arabes carent e uocali - Marzan idest nodus cubiti.* (Initium huius parvi glossarii ed. Carini, *Guglielmo Raimondo Moncada* in *Archivio st. siciliano,* N. S., an. XXII (1898), p. 485); [2] (f. 27) nota de quatuor textibus biblicis a mahumetanis receptis. (Carini, l. cit., p. 485-486).

2 (f. 30). **Guillelmi Raymundi de Moncata** ⟨*tabulae astronomicae et quarumdam urbium longitudines et latitudines cum prologo et declarationibus tabularum ad eundem ducem Urbini*⟩. Inc. *Donec erit coelum lunae Phebique labores... Animaduerte saepe, Frederice, ducum humanissime.* Des. *graduum arietis lunae ascensus.* (Praefationem et indicem tabularum require in *Archivio* cit. (1878), p. 88-90).

3 (f. 65). **Mahometi** alcorani capita XXI et XXII partis XVI, Guillelmo Raymundo de Moncata interprete. Incipiunt: *Propinquum est hominibus iudicium eorum, ipsi enim in iram ceciderunt.* Desinunt: *Ipse est Dominus uester, et Dominus optimus, et Dominus adiutor;* praeit (f. 63r) interpretis praefatio ad Fridericum, Urbini ducem: *Petiisti a me, illustrissime princeps, ut Alcoranum Mahometi de arabico in latinum sermonem traducerem - ualeam interpretari. Iam traductionem lege feliciter.* (Praefationem vide l. cit., p. 90); sequuntur [1] (f. 86v) declaratio quarumdam vocum arabicarum: *Al. Il. Ul articuli sunt - sicut Epycuri apud graecos* (ed. Carini, l. cit. (an. 1898), p. 487-489); [2] (f. 88) alterum parvum lexicon vocum arabicarum: *Alech idest petitio tua - Anuxi idest ad hominem. Et haec exposuisse sufficiat.*

Codex, qui convenit n. 273 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores tum caeruleas, tum rubras, initiales maximas aureas intextis calamis auro coloribusque decoratas. In f. Iv corona laurea circulis aureis, frondibus ac floribus ornata, in medio tituli opp. litt. aureis. Folii 1 margines decorati sunt floribus, lineis aureis, stemmatis Friderici, ducis Urbini (i. e. flammae, penicillum, ventosa, hermellina et insigne garterii ordinis); in parte inferiore duo puelli aligeri sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia urbinatis ducis insignibus pontificiis et quatuor aquilis praedita. In prima initiali media imago viri cucullati librum manibus sustinentis ante pectus, fortasse Guilielmi Raymundi de Moncata imago, qui fuit secretarius Innocentii VIII, antea cardinalis Melphitani (Molfetta). In ff. 1-26 in circulis viginti octo imagines cum nominibus costellationum, quibus apparentibus fieri possunt praesagia, incantamenta et veneficia. [1] (f. 7) *Cornua arietis,* imago autem est leo niger erectus, ensem destringens; [2] (f. 7v) *venter arietis,* imago: rex coronatus sedens, sceptrum dextera sustinens; [3] (f. 8) *cauda arietis,* imago: mulier deambulans manu dextera super caput posita; [4] (f. 8v) *oculus tauri,* imago: homo stans

cornuto capite; [5] (f. 9) *caput geminorum,* imago: media imago hominis coronato capite; [6] (f. 9v) *pedes geminorum,* imago: duo pueri sese amplectentes; [7] (f. 10v) *brachium leonis,* imago: homo stans manibus iunctis; [8] (f. 11) *nares leonis,* imago: gryphus erectus, virili capite; [9] (f. 12) *cilia leonis,* imago: homo dexteram super oculos ad umbraculum ponens; [10] (f. 13) *frons et cor leonis,* imago: caput leonis ore ianti; [11] (f. 13v) *umbilicus leonis,* imago: homo nudus equitans leonem dextera flagellum agitans; [12] (f. 14v) *cauda leonis,* imago: serpens hominis brachium dexterum depascens; [13] (f. 15v) *virgo,* imago: vir tribus aliis comitantibus sistit se mulieri alloquenti; [14] (f. 16) *telo adherens,* imago: canis cubans et anteriorem pedem sinistrum mordens; [15] (f. 16v) *remittens,* imago: vir cathedra sedens legit in libro, qui monopodio innititur; [16] (f. 17) *cornua scorpionis,* imago: homo podio sedens ac dextera libram elevans; [17] (f. 18) *amans,* imago: duae simiae sedentes et erectae, quarum una sinistram super caput et dexteram super faciem, altera palmas super humeros ponit; [18] (f. 19) *cor scorpionis,* imago: duo scorpiones erecti, quorum unus cauda caret, alter spinas oculis infixas praefert; [19] (f. 19v) *cauda scorpionis,* imago: duae mulieres nudae, quarum una stans, altera supina super fluminis undis; [20] (f. 20) deest ex avulsis uno vel duobus foliis; [21] (ibid.) deest titulus eadem de causa, sed imago repraesentat virum stantem quadrifrontem; [22] (f. 21) *prosper iugulans,* imago: leo vulpem ex opposito iacentem opprimens; [23] (f. 21v) *prosper deglutiens,* imago: leo canino capite cubans; [24] (f. 22v) *optimus optimorum,* imago: mulier lactans; [25] (f. 23) *optimum tabernaculorum,* imago: duo homines sc. medicus stans vas medicinale sinistra sustinens et agricola nudus dextera plantam solo figit, sinistra ramos fructibus onustos sustinens; [26] (f. 24) *infusor aquarius prior,* imago: mulier passis capillis lancem dextera sustinens; [27] (f. 25) *infusor aquarius posterior,* imago: homo nudus alis praeditus stans, manus perforatas ad os appropinquans; [28] (f. 26) *venter piscium,* imago: piscis variis coloribus pictus pisciculum ore ferens. Picturae omnes videntur Urbini confectae manibus pictorum scholae ferrariensis. Codicis opera descripserunt Starraba et Carini, ll. cc. Ff. Ir. 17. 25. 27v. 28. 62. 63r. 88v scriptura carent.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1385 (olim 1355, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 232×160, ff. III. 105.

F. 4. Galeotti Martii, narniensis, refutatio obiectorum in librum de homine a Georgio Merula... Inc. *Diu mecum ipse agitaui, deberem ne maledictis cuiusdam Georgii Merulae respondere.* Des. *adhuc maiora si senserimus nostra placere;* praeit (f. 1) auctoris epist. dedicationis ad illmum principem Federicum, ducem Urbini: *Iamdudum, illustrissime princeps Federice, exoptaui aliquid excudere et ad te deferre - annumerandum et una cum Alexandro et Caesare et Hannybale constituendum.* (Hain, Repertorium bibliograph., n. 7436).

F. 104. Initium eiusdem operis alia manu scriptum usque ad vv. *namque hominis ea est natura ut nisi acri obiurgatione...*

Codex, qui in vetere indice urbin. n. 597 signatur, titulos praefert rubros, initiales maximas aureas coloribus et intextis calamis ornatas. In prima initiali folii 4 Galeotti Martii dimidia imago, qui librum offert illustri viro Friderico urbinati, cuius os vultusque minime illius viri principis effigiem praeferunt. In margine inferiore eiusdem folii corona laurea floribus et auro ornata ad excipiendam tesseram gentiliciam. Ff. I-III. 101-103. 105 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1386. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 307×215, ff. 1-201.

Albergati Fabio *del modo di ridurre a pace l'inimicitie private.* (De edd. cf. Mazzucchelli, *Scrittori,* 1, p. 279).

Ff. 198-201 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1387. Saec. XVI, chart., mm. 308×220, ff. 1-471 (+ f. 21ª. 223ª. 406ª).

Pendasii Friderici et aliorum commentaria in Aristotelem.

1. **Pendacii** seu **Pendasii Friderici** opera. [1] (f. 3). *Lectiones Patavii habitae in I et II physicorum Aristotelis, an. 1568.* Prolegomena, lectiones 1-7. Lectio I inc. *Praesenti anno (quod in laudem Dei uertam) contemplaturus sum, auditores praestantissimi ac nobilissimi, prima semina.* Lectio VII des. *ignis non augebitur ad infinitum appetitu combustibili.* (De auctore cf. Fantuzzi, *Scrittori bolognesi,* Bologna 1788, 6, p. 340 sq.). [2] (f. 36). Lectiones 1-49 in librum I. Lectio I inc. *Praesenti anno, quod in laudem Dei uertam, contemplaturus sum, auditores praestantissimi, prima semina primasque radices philosophiae naturalis.* (Desunt lectiones VI et XXIII-XVI, quinternionibus deperditis). [3] (f. 235). In librum II lectiones 1-36. Lectio I inc. *Iam inibo quod sum pollicitus et aggrediar expositionem 2ⁱ libri physicorum.* (Desunt lectiones IX. X et XIV).

2 (f. 376). *Tractatus de materia prima,* lectiones 1-5. Lectio I inc. *Difficilima cognitu est prima materia, quam Aristoteles in hoc primo physicorum et inuenit et statuit.* Lectio V des. *et principali, mediante in ipsam substantiam.* (Deest lectio III).

3 (f. 393). *Discursus de intelligentia non errante.* Inc. *Postquam Aristotiles docuit animal agere propter finem.* Des. *donec finem proprium assequatur ut semen et signum petitum.*

4 (f. 398). ⟨In Aristotelis libros de naturali auscultatione⟩ lectiones 1-2. Lectio I inc. *Explicare, Dei auxilio, mihi ⟨pro⟩ posui summa breuitate ac facilitate, solum ad usum iuuenum, libros de naturali auscultatione.* Lectio II des. *quia auctor loquitur sub aliena persona et seruat ut qui loquitur.*

5 (f. 407). *Explicatio IIⁱ textus Iⁱ physicorum sub Federico Pendacio.* Inc. *Accipio, nobiles iuuenes, quod ad laudem Dei uertam, et ad utilitatem meam referam.* Des. *nobis autem certioribus in certiora natura et notiora.*

6 (f. 413). *Tractatus de casu et fortuna.* Lectiones 1-5. Lectio I inc. *Mens et scopus est, auditores, sub compendio percurrere, quod ab Aristotile.* Lectio V des. *et tamen habetur tanquam.... ridiculum;* praeit (f. 412) prologus: *Antequam aggrediar tractatum de casu et fortuna uolo referre quaedam - de causa substantiali naturae haec praemisisse sufficiet.*

7 (f. 438). **Pendacii Federici** *quaestio de primo cognito.* Lectiones 1-3, lectio I (f. 439) inc. *Circa prooemium primi phisicorum iam expositum multae dubitationes agitantur.* Lectio III des. *primum igitur ab intellectu cognitum est hoc etc.*

8 (f. 452). *Quaestio de toto et partibus.* Inc. *In disputatione Aristotelis aduersus Parmenidem et Melissum.* Des. *hoc eodem modo exponatis Alexandrum et Ioannem Grammaticum.*

9 (f. 459). *De primo cognito.* Inc. mutila a lectione III. *Sed nolo uos in hoc detineri.* Lectio V des. imperfecta (?) *ratione alterius prius aprehenditur.*

10 (f. 465). ⟨Fragmenta commentarii in librum Aristotelis de fato et fortuna a textu 39 ad textum 61 inclusive⟩. Textus 39 inc. « Dicetur autem et fortuna et casus de numero causarum esse... ». Commentarius autem inc. *Disserens Aristoteles de causis uolensque exactam et perfectam nobis notitiam tradere et diligenter de his sermonem absoluere.* Des. *sed in quibus consilium et uoluntas inest.*

Codex variis manibus currenti calamo scriptus et fortasse continet lectiones, quae a discipulis ex ore professoris exceptae sunt. In f. 1 index contentorum manu coaeva; f. 1^{v} alter index brevior alia manu eiusdem aetatis. In f. 2^{r} calami probationes. Plura folia vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1388. Saec. XVII, chart., mm. 288×220, ff. 1-107.

Gradi Stephani inventarium ⟨summarium codd. lat. 1-1361 bibliothecae ducum urbinatium post eius translationem in bibliothecam vaticanam⟩. Inc. *Sacrae scripturae in duos tomos distinctae pars prima usque ad librum Iob inclusive, dispositus ordine, qui sequitur.* Des. ⟨cod.⟩ 1361: *Iacobi Utinensis de expeditione contra Turcos.* Inc. *Nihil gloriosius c. 3. Codex in 4° ex pergameno in rubro c. 5. 27.*

Codex constat schedulis autographis Stephani Gradi, quae super ritualis libri paginis adglutinatae sunt. Binos numeros praefert unaquaeque schedula, alterum antiquiorem, alterum recentiorem, iuxta ordinem quo Gradius codices disponendos esse putavit. Sed neutri hodiernis codicum numeris conveniunt. Quare notandum codicum numeros plurimos, qui nunc voce *olim* distinguuntur non convenire numeris, quibus notati erant in indice vetere urbinate, sed potius numeris, quibus a Stephano Gradi signati fuerunt.

Simplici membrana contectus saec. XVII ex.

1389 (olim 253 et 93, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, chart., mm. 283×206, ff. 1-98.

⟨**Guillelmi de Conchis** (in ms. *Chalcidii) glossa super Timaeo Platonis, iuxta versionem Calcidii;* Hauréau, *Histoire de la phil. scolast.* Paris 1872, 1, p. 432⟩. Inc. *Etsi multos super Platonem commentatos esse, multos glossasse non dubitemus, tamen quia commentatores litteram nec continuantes nec exponentes soli sententie seruiunt.* Des. *in omni doctrina et hoc est* « qui omnes uias ingenue eruditionis » *idest omnes liberales artes.* In fine (f. 97^{v}) alia manu

notula: *Iste liber gloxarum super Timeo Platonis constitit in Leonardo M. M. de mensse augusti, 1434 ,lib. 6, § 14, d. 6.* (Specimen huius glossae vide apud Migne, P. L. 172, 245-252, in opp. Honorii augustodunensis).

Prima initialis rubra; f. 98 vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1390. Saec. XV, chart., mm. 286×210, ff. IX. 303.

Corniolo Corneo alias **Corgnuolo da Corgne,** *da Peruscia, el libro de la diuina villa.* Libri I-X. Liber I inc. *Volendome studiare con tucto el mio engegno de tractare de la gloria de la diuina uilla me occurre offerire essa gloria a onne generatione de huomene.* Lib. X des. *ne da me ci o intramesso alchuna cosa non experimentata. Amen. E fornito el libro de la diuina uilla, composto da Corgnuola da Corgne da Perogia;* praeeunt (f. I-IV) capp. decem librorum: *Proemio, capitolo I carte I. / De le regole natabile nellagricolatione capitolo II a carte IIII.* Cap. ultimum libri X: *de le cose che sono da fare del mese de dicembre, capitolo 38 carte 303.* (De auctore ac de aliis codd. huius op. cf. Vermiglioli, *Biografia degli Scrittori perugini,* Perugia 1828, 1, p. 350 sq.).

Tituli et initiales rubra, sed post librum V desunt; initiales maximae rubrae lineis coloribusque, prima autem caerulea frondibus et lineis ornatae sunt. Ff. IV^{v}-IX vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1391 (olim 1275, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, chart., mm. 205×200, ff. II. 625.

Albergati Fabio *delle morali* (in ms. *Del sommo bene)* libri I-X. (Contuli cum ed. Bononiae 1627, a qua verbis differt).

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1392. (An. 1441, cf. f. 65^{r} et 1468, cf. f. 68). Chart., mm. 282×197, ff. 1-71.

Aristotelis et **Pseudo-Aristotelis** opp. variis interpretibus; **Averrois** comm. in Aristotelis poeticam; **Petri Hispani** expositio in Pseudo-Aristotelis physonomiam; **Pseudo-Bernardi** epist. de cura rei familiaris; **Petri Avogarii Buono** libellus de cometa; medicinalia.

1 (f. 1). ⟨**Aristotelis,** qui feruntur, oeconomicorum libri I et III a Durando de Alvernia in latinum translati, cf. Jourdain, *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions lat. d'Aristote,* Paris 1843, p. 442⟩. ⟨Liber I⟩ inc. *Iconomica et politica differunt non solum tantum, quantum domus et ciuitas.* Des. *paratum existens non queretur.* (Ed. Rota, Venetiis 1568, f. 165^{v}-166 in op., quod inscribitur, Aristotelis politicorum sive de Republica libri I-VIII cum S. Thomae Aquinatis explanatione...). Lib. III (f. 2) inc. *Bonam mulierem omnibus, que intus sunt.* Des. *et multum ad suam uxorem et filios et parentes. amen.* (Rose, Aristoteles Pseudepigraphus, Leipzig 1863,

p. 647-654 et Susemihl, Aristotelis quae feruntur oeconomica. Leipzig 1887, p. 40-62).

2 (f. 3ᵛ). **Averrois** commentarius in Aristotelis poeticam ⟨ab Hermanno alemanno in latinum conversus, cum prologo interpretis⟩. Inc. *Postquam cum non modico labore.* Des. *inducit nomina alterius, scilicet Peorti. Ideoque deride.* (Rhetorica Aristotelis cum Aegidii de Roma commentariis, necnon eiusdem poetica cum Averrois in eandem summa. Venetiis 1515, f. 8ᵛ-12ᵛ).

3 (f. 14). **Aristotelis** magna moralia ⟨a Bartholomaeo de Messana⟩ in latinum conversa, cf. Jourdain, l. cit., p. 181 et 440 sq.⟩. Inc. *Quoniam elegimus dicere de moralibus.* Des. *in amicitia, que est in equalibus amicis. Explicit...*

4 (f. 34). **Pseudo-Aristotelis** secretum secretorum (in ms. *liber moralium de regimine dominorum, qui alio nomine dicitur secreto secretorum, editus ab Aristotele ad Alexandrum magnum regem)* ⟨maxima ex parte a Philippo tripolitano ex arabico in latinum conversum⟩. Inc. (f. 35ᵛ) *O fili glorio(si)ssime, iustissime imperator, confirmet te Deus.* Des. *Cuius bonitatem omnis percipit creatura.* (Opus ed. Alexander Achillini... Bononiae 1516, ff. 3-18ᵛ); sequuntur praecepta medica: *de regimine in tempore epidimiali; medicina purgatiua contra pestem; sauore el quale ristora mirabilmente lapetito; a male de fianco medicina solempne; consilium domini Iohannis de Lignano ad dolorem yliacum* (cf. f. 67); praeeunt ¹ (f. 34) ⟨prologus translatoris. Philippi tripolitani⟩ (Förster, De Aristotelis, quae feruntur, secretis secretorum commentatio, Kiel, 1888, p. 38-39; in ms. *Rubrica de epistola Philippi transmissa Guidoni de inuentione libri* et inc. *Domino suo excellentissimo et in cultu christiane religionis strenuissimo Guidoni - ad beatitudinis gaudia feliciter peruenire. Amen;* (in ed. cit. Achillini, paucis variantibus, f. 2); ² (f. 34ᵛ) index capitulorum, quae in multis differunt ab ed. cit., f. 2-2ᵛ; ³ (f. 35) eiusdem prooemium (in ms. *de prologo cuiusdam* (alias *eiusdem) in commendatione Aristotelis): Deus omnipotens custodiat regem nostrum - direxit epistolam suam ad Aristotelem et* (sub hac) *forma* (cf. ed. cit., f. 2ᵛ et Förster pp. 34-37); ⁴ (ibid.) Alexandri epist. ad Aristotelem: *Doctor egregie - nobis significetis litteris* (ed. cit., f. 2ᵛ); ⁵ (ibid.) Aristotelis responsio: *Si potes mutare illius terre aerem - omnes alie nationes;* ⁶ (f. 35ᵛ) *de prologo Philippi,* qui transtulit librum istum: *Philippus... filius - ad regis Alexandri petitionem sub hac forma* (ed. cit., f. 2ᵛ-3).

5 (f. 47). **Petri Hispani** ⟨expositio et quaestiones⟩ in ⟨Pseudo⟩ Aristotelis *physonomiam* ⟨a Bartholomaeo de Messana⟩ ex graeco in latinum conversam. Inc. *Quoniam autem et anime liber iste diuiditur in duas partes.* Des. *uel ut breuiter dicam semper hic ex aliquo casu oculos inequales.* Infra litt. capitalibus: *Hec sunt dicta pregustationis gratia, qui uero in istis profun-*

dius considerare uoluerit suam ad astrorum s(c)ientiam transferat mentem; inferius autem eadem manu librarii: *Explicit sententia magistri Petri Yspani... completa die secunda ianuarij 1441. Papie*; praeit (f. 46) ‹prologus›: *Sicut dicit philosophus primo theorice nobilitatis est genti - non est intelligendus ille uersus: Nobilitas sola etc.*

6 (f. 66). **Pseudo-Bernardi** epistolae *de cura rei familiaris* ad Raymundum (dominum) castri Ambrosii fragmentum. Inc. *Doceri petitis a nobis de cura et modo rei familiaris*, usque ad vv. *Amico suo consulendo non...* (M. Patr. lat., 182, col. 647-649, lin. 6 ab imo; de auctore cf. Hauréau, *Notices et extraits de quelques mss. latins de la Bibliothèque Nat.*, I, Paris 1890, p. 334-337).

7 (f. 67). *Receptae 1-2 contra vermes: Toi olio da mangiare - et erit liberatus.*

8 (ibid.). **Petri Avogarii Buono** *de cometta* (libellus). Inc. *Cometta est exalatio elementaris ignita.* Des. *animalia aquatica et equitantes mare peribunt.* Clauditur subscriptione manu eadem, quae libellum scripsit: *Editum Feraric per me Petrum Bonum Auogarium et medicine doctorem, die 8 octobris, 1468.* (Cf. Mazzucchelli, *Scrittori*, 2, IV, p. 2412 sq.).

Codex binis columnis ac duabus manibus scriptus titulis praeviis caret et initiales praefert tum caeruleas tum rubras. Prima manus fere totum exaravit codicem, secunda manus ultimum libellum et fortasse receptas medicinales. Ff. 33v. 66v. 68v. 71v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1393. An. 1477 (cf. f. 90). Membran., mm. 284×205, ff. II. 92.

Ioannis Ioviani Pontani commentationum in centum sententiis Ptolemaei liber I. praemissa dedicatione ad Federicum, Urbini ducem. Inc. *Tametsi publicarum rerum administratio, belliqne gerendi cura deterrere me iure possunt.* Des. *Septem simul planetarum coniunctione adiuncta.* (Contuli cum ed. Venetiis in aedibus Aldi 1519, III, f. 1-48).

Codex, qui convenit n. 272 veteris indicis urbin., titulos atque initiales praefert rubra. Ff. I. II. 90v-92 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1394 (olim 47, cf. f. I). Saec. XV, chart., mm. 285×212, ff. I. 162 (+ ff. 8a-d).

Raymundi Lulli opera. 1 (f. 1). Ars medicinae compendiosa. Inc. *Ars ista hac intentione compilata est ut medicus sub compendiosa speculatione scientiam medicine artificialis possit acquirere.* Des. *potest dare remedium per decoctiones, per clisteros et syrupum et huiusmodi.* (Ed. Maioricae an. 1752, ut monet Hauréau, *Raimond Lulle ermite, Histoire littéraire de la France*, XXIX,

(1885) p. 258). 2 (f. 10). Quaestiones per artem inventivam seu demonstrativam solubiles, praemissis capp. et prologo. (Opp. pars IV, Moguntiae 1729, p. 1-205). 3 (f. 91). Disputatio eremitae et Raymundi super aliquibus dubiis sententiarum magistri Petri Lombardi. Inc. *Raymundus Parisius studens statumque huius mundi peruersum considerans multum doluit.* Des. *in quorum custodiam Raymundus hunc librum communicauit. Iste liber finitus in ciuitate parisiensi anno... MCCXCVIII in octaua assumptionis;* sequitur capp. index. (De edd. cf. Hauréau, l. cit., p. 144). 4 (f. 145ᵛ). ⟨Declaratio per modum dialogi, edita contra aliquorum philosophorum et eorum sequacium opiniones erroneas et damnatas a ven. patre domino episcopo parisiensi⟩ (in ms. *De articulis damnatis, Parisius). Inc. In quadam silua iusta Parisius stabat Raymundus tristis et desolatus iusta quendam fontem.* Des. *et sic de diuina sapientia et uoluntate.* (De aliis codd. cf. Hauréau, l. cit., p. 334).

Codex binis columnis scriptus titulos praefert rubros, initiales tum caeruleas tum rubras, quae tamen a f. 105ᵛ desunt omnino et interdum etiam in ff. superioribus. Ff. 1ᵛ. 8ᵛ-8ᵈ. 90ᵛ. 160ᵛ-162 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1395. Saec. XVI, chart., mm. 276×212, ff. II. 50 (+ f. 1ᵃ).

Segalla Francesco, *padovano, scultore et architettore, libro de laberinti.* (De auctore cf. Zani, *Enciclopedia delle belle arti,* Parma 1823, vol. XVII, p. 198).

Non est codex manuscriptus sed liber impressas figuras labyrintorum, navium, animalium et hominum reprehesentans. Ff. I. II. 1ᵃ vacua. In f. 1 aere incisa mulier summa prora sedens cum taenia in qua inscriptio: *sic tuta vehor.*

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1396. (olim 1075, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII, chart., mm. 266+200, ff. 1-367.

F. 7. *De rerum definitionibus liber.* Inc. (f. 59): *A 1. Abacus est tabula coquorum, in qua receptacula eduliorum exponuntur. 2. Abacus est tabula calculatoria, in qua numeros ducimus, quos delere subinde possumus.* Des. *12. Zimia est apostema flegmaticum, molle, album... sicut solet accidere in pedibus et tibiis hydropicorum.* In f. 9-56 index, cui praemittitur (f. 2) anonymi; *Nota delle cose fatte intorno al libro delle diffinitioni: Prima si sono ridotte le diffinitioni tutte, che prima erano confusissime e disordinate all'ordine alfabetico - Piaccia a Dio c'habbia fatto bene e conforme al volere di vostra altezza serenissima* (seu ad mentem Francisci Mᵃᵉ II, Urbini ducis).

Ff. 1. 2ᵛ. 3-6. 7ᵛ. 8. 57. 58. 364-367 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XVII.

1397 (olim 1129, cf. f. 1). Saec. XVI, membran., mm. 257×182, ff. II. 86.

Machinae rei militaris terrestris et maritimae, egregie calamo delineatae.

Singulis pagellis machinae, interdum plures in unaquaque pagina. Ff. I-II. 85-86 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Laurentii Brancati de Laurea, card. bibliothecarii.

1398. Saec. XV, membran., mm. 232×171, ff. 1-35.

Astrologica.

1 (f. 1). ⟨Tabula mensium 1-12 ad inveniendam lunam⟩. Inc. post numeros 1-19 et litteras A - r: *1299 currebat prima littera A. Tabula ista alphabeti precedentis cum duodecim tabulis infrascriptis mensium facta est ad inueniendum quando renouabitur luna;* sequitur [1] (f. 7ᵛ) explicatio tabulae; [2] (f. 8) versus 1-3 *ad declaranda signa mobilia fixa et mediocra;* [3] (ibid.) versus 1-2 *ad declarandum ordinem signorum celi;* [4] (f. 8ᵛ) versus 1-3 *de octo sphaeris;* [5] (ibid.) *septem planete, quos sol singulo die circuit;* [6] (ibid.) *de planetis benivolis et malivolis;* [7] (ibid.) *rubrica de domibus planctarum;* [8] (f. 9) *rubrica de complexione planetarum.* Des. *Luna uero est frigida et humida. Explicit etc.*

2 (f. 9ᵛ). ⟨Dies infelices et dulciagi in quolibet mense⟩. Inc. *In mense Ianuarii isti sunt dies infelices 2. 4. 6. 11. 15.* Des. *In mense decembris sunt isti, videlicet dies 6, intrante 4 hora et dies 10 exeunte hora 6.*

3 (f. 10ᵛ). Sphaera armillaris cum XII signis, variis coloribus picta et a duobus angelis sustentata.

4 (f. 11). Circuli 1-7, in quibus planetae: *Saturnus. Iupiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna,* variis imaginibus ac *signis* expressi.

5 [1] (f. 11ᵛ). *Astrologia Ypocratis.* Inc. *Sapientissimus Ypocras, omnium medicorum peritissimus, ait, cum medicus qui astronomiam ignorat.* Des. *et quiquid dederunt dabunt cum labore et difficultate trinus* (!); [2] (f. 17ᵛ) *Astronomia Ypocratis.* Inc. *Coniunctio est aspectus perfecte amicicie manifeste.* Des. *vel saltim a bonis separata.*

6 (ibid.). ⟨Menses *coniunctionis, apparitionis, revolutionis, medicinales*⟩. Inc. *Mensis coniunctionis est 29 dierum et plus et iste non consideratur a medico.* Des. *propter infectionem reptam in medietate septimane.*

7 (f. 19). ⟨Hexametri de rebus faciendis seu fugiendis in XII signis⟩ tres hexametri pro unoquoque signo. Inc. *Aries. Nil capiti facias Aries cum luna refulsit.* Des. *Embrio conceptus epilenticus exit ab aluo.*

8 (f. 19ᵛ). ⟨Versus cum notulis ad significandas similitudines signorum caelestium cum partibus humani corporis⟩. Praeit distichon: *Ut celum signis prefulgens est duodenis / Sic hominis corpus assimilatur ei.* Inc. *Aries est si-*

gnum mobile, significator capitis et faciei. Des. *Piscibus est demum congrua planta pedum.* (Cf. Margarita philosophica, ed. Basileae 1535, p. 632).

9 (f. 20). ⟨Messallae seu *Messahalath* opusculum, quod dicitur Romae inventum, in templo Pantheon ad praesagia capienda⟩. Inc. *Nota quod si die dominica fuerint kalendae ianuarii erit illo anno yemps* (!) *calida.* Des. *Sagittarius, Capricornus, Aquarius et Piscis etc. Laus tibi Christe quod liber explicit iste.*

Codex, qui fortasse convenit n. 281 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas rubras caeruleasque alternas, lineis ornatas. Ff. 31v-35 vacua.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1399. Saec. XIV, membran., mm. 242×177, ff. 1-50.

Ioannis Dank de **Lineriis** opuscula; **Messahalath** utilitates astrolabii; astronomica; arithmetica inferior.

1. **Ioannis Dank** seu de **Lineriis (Lignières)** opuscula. [1] (f. 2) *Astrolabium*. Cap. I. « Rescriptiones quae sunt in facie instrumenti notificare » inc. *Trianguli equilateri ex tribus quartis arcus circuli magni arcus a b.* Cap. ult. « Area cuiuscumque figure angularis et rectilinee siue fuerit regularis siue irregularis mensurae » des. *et aggrega mensuras omnium ad unam et habebis propositum. Explicit etc.* [2] (f. 16). *Aequatorium*. Cap. I. « Inscriptiones eorum quae sunt in aequatorio planetarum notificare » inc. *Primo, linea recta, quae est in medio regule spisse, fortis, super quam eleuatur et deprimitur centrum epicicli.* Cap. ult. « Compositionem regule habentis lineam fiducie condentis gradus in zodiaco preterponere » des. *Et in hoc tiretur compositio aequatoris planetarum;* sequitur tabula in qua numerantur distantiae et semidistantiae solis, lunae... a centro terrae. [3] (f. 22). *De minutiis*. Cap. I. « Modum repraesentationis minutiarum vulgarium et physicarum proponere » inc. *Quia in fractionibus sunt duo numeri, scilicet numerus numerans et numerus denominans.* Opus des. *Non posui plures, quia ille ad propositum numerum sufficiant. Explicit* (!) *canones minutiarum;* sequitur tabula in qua describuntur radices motuum mediorum planetarum *ad annum 1320. Parisius.*

2 (f. 27). ⟨**Messahalath**⟩ utilitates astrolabii (seu canones circa astrolabium, cf. cod. 1408). Inc. *Nomina igitur instrumentorum sunt hec. Primum est armilla suspeloria ad capiendum altitudinem, et dicitur arabice alahnacia.* Des. *et qualis fuit comparatio punctorum ad 12 (scalis seu talis?) erit comparatio stature tue ad planiciem. Explicit liber astrolabii noui.* (Ed. in Margarita philosophica, contuli cum ed. Besileae 1535).

3 (f. 29). Tractatus brevis *de concordia et adhequatione annorum X et Hebraeorum et arabicorum et aliorum, de dispositionibus et motibus orbium celestium, de inventione et adhequatione planetarum et locorum suorum, et in eodem de effectu et influxu eorum.* Inc. *De annis igitur X, uidelicet latinorum, qui maxime sunt noti, primum dicamus. Et sciendum quod annus latinorum est annus solaris.* Des. *Ad aliam aut per similia aut per congrua* (?) *istud solutum prius.*

4 (f. 35). ⟨Tabulae astronomicae cum imaginibus costellationum 1-48 et figuris stellarum in eisdem apparentium⟩. Inc. *Ursa maior figura prima habet stellas septem. Ursa maior figura secunda habet stellas 27, et quando non est in forma 8.* Des. *Pisces, figura 48 habet stellas* (!).

5 (f. 41). ⟨Tabulae in quibus signantur longitudo, latitudo et magnitudo stellarum⟩.

6 (f. 46). ⟨Arithmetica inferior⟩. Inc. *Omnia que apud maria origine processerunt ratione nedum formata sunt.* Des. *et coniungantur producta et patebit summa.*

I (f. 5v). De sibillis et de hariolis scholia: *Sibille grece generaliter omnes feminas esse dicunt - Augures sunt qui uolatus auium et uoces intendunt.*

II (ibid.). Praeceptio magica ad excitandum amorem.

Codex, qui convenit n. 279 veteris indicis urbin., binis columnis scriptus est ac titulos praefert rubros, qui interdum desunt. Litterae initiales maiores sunt caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae pariter caeruleae ac rubrae lineis rubris aut violaceis ornatae. In f. 1v posterius pictus circulus maximus, corona laurea efformatus, auro ac floribus decoratus, in medio circulo index imperfectus operum, quae omnia Ioanni de Lineriis tribuuntur. In margine infer. f. 2 tessera gentilicia, posterius addita, corona, stemmatis pontificiis ac duabus aquilis praedita cum litt. FE⟨dericus⟩ DVX. Infra manu anteriore: *Magister Antonius de Monteulmo conduxit die primo Iunij folium libris* (?) *1397.* Ff. 1r. 5v. 21v. 26v. 34v. 48-50r vacua. Descripsit Boncompagni, *Bullettino di bibliografia e di storia delle scienze matematiche,* XII, (1879), p. 376 sqq.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1400. Saec. XV, membran., mm. 259×174, ff. 1-113.

M. Tullii Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri I-V.

Codex, qui convenit n. 446 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maximas aureas coloribus atque avibus ornatas. In folii 1 margine inferiore tessera gentilicia Friderici, Urbini ducis, duabus aquilis praedita. In f. 112v siglum, fortasse notarii scribae. F. 113 vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada card. bibliothecarii.

1401 (olim 1346, cf. f. 2). An. 1472 (cf. f. 133), membran., mm. 252×162, ff. II. 135.

Ioviani Pontani de obedientia, libri I-V ad Robertum, principem salernitanum. Inc. *Hortante te, imo et iubente, princeps Roberte, ut quos de obe-*

dicentia scripsissem libros. Des. *aliis memoranda post nos relinquimus.* (Opp. Basileae 1538, 1, p. 1-92): praeit (f. II^{v}) *Laudivii* (Zacchia), *equitis hierosolymitani,* epist. ad Pontanum, in qua *commendatio obedientiae Charonisque: Charonem tuum, Ioviane, et tuos de obedientia libros ad Robertum principem, grauissimos in primis et quam ornatissimos scripsisti - Vale, propria manus obsignatione epistola haec (tua uenia) operi inscripta est.*

Codicem praeter epistolam praeviam exscripsit Calistus Camers, uti eruitur ex subscriptione in f. 133: *Editi sunt hi libri anno Domini MCCCLXX, quos exscripsit Calistus Camers de Florentia, Neapoli 1472.* De hoc scriba cf. Bradley, *A dictionary of miniaturists...* (London 1887, p. 189 et 327 sq.). Initiales et tituli, praeter primum, desunt, in marginibus lemmata litt. rubris. Ff. I. II^{r}. 133^{v}-135 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1402 (olim 465, cf. f. 1). Saec. XV, chart., mm. 221×141, ff. I. 488.

⟨Magna praeceptionum medicarum collectio⟩ (in ms. f. 1): *Qui si comenza el proemio e lo libro, el quale se chiama fiore de le medicine, perço che sonno extracte dei fiuri de le medicine, segondo el proemio de Apipolo ed Auicenna et secondo el dicto de Ypocras e Dauiçano e Darodes e Racis e da Galieno, segondo el dicto de piu altri philosofi...* et f. I, alia manu: *Questesto nostro liuero auemo queste agiunto queste*(!) *altre*(!) *altre maiestre dotore: / Maestro Bartolomeio / M. Giouangnie da Genua / M. Alberto Tiiatonicho / M. Gabrielle / M. Anselmo da Genua / M. Tadeio / M. Gratadio / M. Iocomo da Forlì / Guonte Guolglielmo / Guolglielmo da Piazenza / Ranaldo da Vilanoua / frate Alberto Tiiatonicho / Diia Sacorides / Giouachino Baldino / Pietre Paulo / Coustes / Taviano / Rugere / Guostantino / Ragis / Dias / Izache / Dia mediio / Motizio / Vuidiio / Rufino / Lapidarius / Nicolo / Mezaue / frate Alberto / maestro Mateio da Pisa / masere maestro Giouane Batista da Orbino, fo medicho de l'imperadore /* deinde atramento nigro et alia manu: *Albuchasim / Tiadeo / Fidanza / Serapino / Stico / Magabrio / Izache* (?), *Beuegniuto / Diaschorides* et infra alia manu posteriore / *maestro Pietro di Gabriele da Gobio, che sta a Padoua.*

Praeceptionibus prima manu scriptis aliae quamplurimae additae sunt manibus posterioribus, quae omnes ad haec fere reducuntur capita. 1 (f. 1) ⟨de fetu et de ossibus in humano corpore⟩; 2 (f. 3) ⟨ad plagas curandas⟩; 3 (f. 12) *dicta e lopinioni di maestro Piero de Banno* ⟨de Abano, secundum menses⟩; 4 (f. 16^{v}) ⟨ad humores et febres curandas⟩; 5 (f. 19) ⟨de regimine sanitatis⟩; 6 (f. 22^{v}) ⟨antidotarium seu theriaca⟩; 7 (f. 25) ⟨contra febres⟩; 8 (f. 45^{v}) *per male caducho*; 9 (f. 47^{v}) ⟨ad mala cardiaca et spasmos⟩; 10 (f. 50^{v}) *per lo catarro... maestro Nicolo da Sasuferato* ⟨et alio-

rum, nec non ad capitis mala⟩; 11 (f. 64) *per dormire;* 12 (f. 70^{v}) ⟨ad mala linguae et oris⟩; 13 (f. 76^{v}) ⟨pilulae omnis generis, nec non fratris *Alberti teutonici,* magistri Santis et Bartholomaei⟩; 14 (f. 84) ⟨de sirupis⟩; 15 (f. 89) de aquis inter quas *aqua di maestro Gratiadio;* **16** (f. 93^{v}) ⟨index oleorum et adipum⟩; 17 (f. 94^{v}) ⟨de urinis⟩; 18 (f. 99) ⟨ad olea varia conficienda⟩ et primum : *Olio de maestro Zovanne;* **19** (f. 110) ⟨remedia ad pectus et contra tussim⟩; **20** (f. 120^{v}) ⟨ad renum mala et ad dolores ischiaticos⟩; 21 (f. 123^{v}) ⟨pigmenta medicinalia vulgo *cerotti*⟩; 22 (f. 130^{v}) ⟨remedia ad stomachum⟩; 23 (f. 138^{v}) ⟨ad hepatis et splenis passiones⟩; 24 (f. 151^{v}) ⟨ad iliacas passiones; inter alias, praeceptiones magistri *Iouane de Luca da Caberino* et *maestro Antonio di ser Paulo da Qualdo*⟩; 25 (f. 160^{v}) ⟨ad fluxus ventris et passiones intestinorum⟩; **26** (f. 182) *a le morene;* 27 (f. 192) ⟨contra vermes, inter alia remedium di *maestro Piero de Spangnia*⟩; 28 (f. 198) *ad tenasimum, idest male de punti;* 29 (f. 201) ⟨electuaria⟩ inter alia *eletuario de lapide magistri Thadej secondo Nicola et Gentile da Foligno;* **30** (f. 210^{v}) ⟨contra hydropisim⟩; 31 (f. 220^{v}) ⟨emplastra iterum et unguenta⟩, inter alia *inpiastro de maestro Anselmo, Petri Pauli;* 32 (f. 235) ⟨pulveres⟩; 33 (f. 246) ⟨regimen et remedia tempore pestilentiae⟩; 34 (f. 254) *a guarire le scrofole;* 35 (f. 258) ⟨ad mala gulae⟩; **36** (f. 264) *a le fistole;* 37 (f. 275) *al cancro;* 38 (f. 282^{v}) *per cacciare via una doglia;* 39 (f. 297) *a nervi;* **40** (f. 303) ⟨unguenta varia⟩, inter quae *del conte Guglielmo, de maestro Anselmo;* 41 (f. 333^{v}) ⟨remedia ad pudenda viri et mulieris et ad sanguinis fluxus⟩; 42 (f. 350) ⟨de passionibus oculorum et ad eos emplastra et collyria⟩; 43 (f. 392) ⟨ad auriculas⟩; 44 (f. 401^{v}) ⟨ad dentes⟩; 45 (f. 412) ⟨ad morbum comitialem⟩; **46** (f. 418) ⟨ad lepram et ad alios pellis morbos, ad herniam et venereos morbos⟩; 47 (f. 433) ⟨ad renum et vesicae morbos⟩; 48 (f. 441) ⟨ad podagram⟩; **49** (f. 454^{v}) ⟨ad genitalia et ad prolem, inter alia remedium *de maestro Venanzo da Camberino*⟩; **50** (f. 466^{v}) ⟨ad capillos⟩; 51 (f. 469) ⟨ad scabiem, ad morbos pedum et cutis⟩; 52 (f. 482^{v}) *descriptione del crestiere.* (Titulos uncis inclusos adieci ego).

Codex variis manibus scriptus titulos antiquiores praefert rubros, posteriores nigros; plura folia vacua interposita inter varia argumenta.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1403 (olim 382, cf. f. 1). Saec. XV, chart., mm. 215×160, ff. 1-330.

⟨Praelectiones in libros I-IV physicorum Aristotelis⟩. Lectio I inc. *Etsi in omni scientia excellenti sint habenda et illa cap. ab Auerroe in prohemio primo ph. maxime sunt hic consideranda, scilicet in scientia scientiarum.* Le-

ctio ultima in IV physicorum des. *et quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Fr. de Paula Cassetta, card. bibliothecarii.

1404. Saec. XIV, membran., mm. 225×162, ff. 1-99.

Ioannis Aegidii, zamorensis, ord. fratrum min., liber contra venena et animalia venenosa et etiam contra minuta et vilia et taediosa vitae nostrae animalia, ordine alphabetico, tractatus I-XVII. Tractatus I (f. 2) *de agarico nigro* inc. *Agarici nigri nocumentum curatur ut nocumentum accidens ex elleboro et ex anacardis ut infra dicetur.* Tractatus XVII *de vipera* des. *corrigenda uestre paternitatis ac dominationis arbitrio relinquuntur, procurante almifluo Ihesu... in sec. seculorum amen. Explicit opus breue contra uenenosa et tediosa... et ordinauit absque preiudicio frater Iohannes Egidii, lector fratrum minorum apud Zamoram;* praeeunt [1](f. 1) prologus *ad patrem fratrem B., generalem ministrum ex parte fratris Iohannis Aegidii: Quoniam uita nostra quam a longis temporibus totis amplector uisceribus - quia magistri correctio discipulis est eruditio;* [2] (f. 2) *tituli venenosorum* primi tractatus: *Agarici nigri remedium - Est enim libellus iste ordinatus secundum ordinem alphabeti.*

Tituli rubri, initiales minores tum caeruleae tum rubrae, tum lineis ornatae sunt. Initialis maxima lineis coloribusque decorata est. Nulla mentio huius operis apud biographos Ioannis Aegidii, zamorensis.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Mariani Rampolla del Tindaro, card. bibliothecarii.

1405. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 217×162, ff. 1-88.

De humanae animae indeficientia, disceptatio peripatetica. Inc. *Multa quidem alia sunt ad animam rationalem attinentia, quae maximam dubitationem habere uidentur.* Des. *illustrata a primo lumine, et a prima mente, ad cuius laudem absoluta iam sit proposita disceptatio.* (Cf. cod. 1421).

F. 88^v vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1406 (olim 216, cf. f. 1). Saec. XIV et XV, membr., mm. 224×160, ff. 1-94.

1 (f. 1). Saec. XV. **Ioannis Duns Scoti,** ord. min., quaestiones in Aristotelis libros I-II de anima. [1] (f. 1). Quaestiones I-V sine annotationibus. (Opp. Lugduni, 1639, 2, p. 485-495, columna B., lin. 12, quia abrumpitur vv. *aliud ab agente pure corporali);* [2] (f. 6) quaestionis X^{ae} postrema verba... *sensus particularis, quia ab illo actu* ad vv. *non cognitis extremis* (ed. cit., p. 514, B, lin. 11 ab imo - p. 515, A, lin. 2); [3] (ibid.) quaestiones XI-XII (ed. cit., p. 517, B - 524, B); [4] (f. 9^v) quaestiones VII-IX (ed. cit., p. 501, A - 510, A); [5] (f. 14) quae-

stio VI (ed. cit., p. 497, A - 498, B); [6] (f. 15) quaestionis XIII maior pars, usque ad vv. *ad hoc concordat sacra Scriptura* (ed. cit., p. 525, A - 526, A, lin. 10 ab imo); [7] (f. 16) quaestiones XV-XXIII; quaestio XV initio mutila inc. vv. *Item si distinctio animarum;* quaestio XXIII clauditur vv. *Expliciunt quaestiones secundum doctorem subtilem super duos libros de anima* (ed. cit., p. 531, B, 5-581, B).

2 (f. 33). Saec. XIV. **Thomae Stakkys** (?), fratris ord. minorum (?), ⟨tractatus de animae essentia, officio et retributione⟩. Inc. « Qui possessor est mentis diligit animam suam; Proverbiorum 19 » *Ad intuendum dignitatem suam exortatur homo, qui factus est in animam uiuentem.* Des. *et quoad praemium utriusque in retributione quoad egressum, quod frater Thomas Stakkys* (?)...

3 (f. 36). Saec. XIV. ⟨Ars grammatica per interrogationes et responsiones⟩. Inc. *Quid est quod unusquisque homo naturaliter scire desiderat. Scientiam. Unde habes hoc. Ex philosopho.* Des. *cum uero quaeritur quanta debet responderi perfecta uel imperfecta. Et sic est finis huius operis.*

4 (f. 87ᵛ). Saec. XIV. ⟨**Ioannis de Everisden**, ord. s. Benedicti, legum medulla, versibus hexametris⟩. Inc. *Disce quid humanum ius diuinumque uocatur:* Des. *Dilige decretum si gliscis canonicari.* (Cf. Anecdota oxoniensia, Balaei, Index Britanniae scriptorum, Oxford, 1902, p. 200).

5 (f. 91). Saec. XV. *Casus papales, episcopales et abbaciales.* Inc. *Primus casus papalis est in illo, qui percutit enormiter clericum.* Des. *ex parte in glossa, que incipit: Ideo. Finiunt casus papales, episcopales et abbatiales.*

Codex quatuor manibus scriptus; I. ff. 1-31; II. ff. 33-35; III. ff. 36-90; IV. ff. 91-93. Initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, sed saepe desunt, prima initialis aurea coloribus decorata est. Folii I margines ornati sunt floribus. Ff. 32. 94 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1407. An. 1498 (cf. f. 169), membran., mm. 221×146, ff. 1-169.

Petri Aegidii de urinis ac de pulsibus cum commentario magistri **Gentile** de Fulgineo, opus a **Christiano Canaule** in italicam linguam versum ligata ac soluta oratione.

1 (f. 2). **Christiano Canaule**, *tifarnate, di cita di Castello* [1] (f. 2) *versione del trattato delli inditii delle urine, composto dallo excellentissimo physico maestro Egidio* (idest Petri Aegidii corboliensis, seu Gilles de Corbeil) expositio *in versi cum lo comento di quello* (i. e. cum commentario composito a magistro Gentile de Fulgineo). Praefatio inc. *Questo libro de noua istitutione e studiosa compositione è nato et causato cum artificio de le scientie de li auctori.* Des. *secondo la differentia di quello che in esso si contiene.* Versus incipiunt: *Dicesi urina perchè si fa ne reni.* Desinunt: *Che anchora mi uoglio*

ariposare. Expositio inc. *Intendendo l'autore di questo libro dar dottrina de urine*. Des. *o uero li scolari ciarlatori*. Commentarius autem inc. *Perchè formalmente si genera ne li reni, benchè prima nel fegato pigli la substantia et el colore*. Des. *et el colore solamente si fa de la qualità actiue, et così è fine e laude de lo omnipotente Dio et gloriosa vergine Maria e tutti li santi del cielo. Finis.* Τελως; praeit (f. 1) interpretis dedicatio *al dilectissimo maestro Iohanni Andrea, fixico et chierusico de Rege: Essendo loffitio del uero amico, mio carissimo maestro... che a le cose iustamente a lui domandate - di mi, uostro deditissimo sempre ui ricordati etc. Vale* Τελως.

2 (f. 106). *Maestro Egidio de pulsi* (eodem interprete). Versus (omisso prooemio Aegidii) incipiunt: *Del mio ingegno la materia preme / le forze non equale a sua grandeza*. Desinunt: *Che fructo nullo o raro al mondo mena*. Commentarius *de maestro Gentile, Fulignie,* inc. *Lo autore secondo de bono scriptore prepone al suo libro el proemio*. Des. *Qui parla l'autore cum la musa e pone el fine a la opera de pulsi et sigilla la sua opera a laude de Dio e de la vergine Maria e tutti li santi;* praeit (f. 102) *el proemio de maestro Christiano Canaule de cita de Castello in la translatione de maestro Egidio, derizato a maestro Ioanni Andrea de Rezo, fisico et chirugico excellentissimo: Essendo doi cose principale in fisicha a cognoscere la bona et mala dispositione - non possa falsificare la moneta del nostro ingenio: et sirà el titulo subscripto in questa forma, cioè,*

Ioannes Antonius, ex cometibus (!) *Mede, scripsi hunc librum die XXVIII Ianuarij. Anno MCCCCLXXXVIII,* uti habetur in subscr. f. 169. Tituli minusculis rubris, initiales maiores caeruleae, initialis maxima ac titulus I aurea, lineis aureis coloribusque decorata. In folii 1 margine inferiore corona laurea cum taeniis, in qua tessera gentilicia constans binis turribus rubris superimposito pellicano, expansis alis in campo caeruleo. Folii 2 margines ornati sunt floribus et auro; in parte inferiore regio campestris, in qua simia fructum liguriens. In f. 102 numisma eleganter pictum manu italica cum capite et inscriptione: DIVA FAVSTINA. Ff. 101ᵛ. 169ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1408 (olim 495, cf. f. 1). Saec. XIV, membran., mm. 237×183, ff. 1-54.

Tractatus quadrantis; **Messahalath** astrolabium et canones eius; **Ioannis de Sacrobosco** sphaera et computus; **Campani** de compositione quadrantis.

1 (f. 1). Tractatus quadrantis (seu de eius compositione et usu cum nonnullis scholiis manu posteriore). Inc. *Geometrie due sunt partes, theorica (et) practica. Theoria est quae sola mentis speculatione quantitatum proportiones,* desunt pauca in fine capitis « de capacitate uasis quadranguli » vv. *multiplicetur per eius altitudinem;* sed habes perfectum in ff. 49ᵛ-53ᵛ. (Perperam iuxta Hauréau, *Histoire littéraire de la France,* Paris 1881, vol. XXVIII, p. 117, hoc opusculum Arnaldo de Villanova, in codice monacensi 353, tribuitur).

2 [1] (f. 7). **Messahalath** (seu ut in ms. **Macellama**) astrolabium cum scholiis et figuris. Inc. *Scito quod astrolabium sit nomen graecum, cuius interpretatio est acceptio stellarum.* Des. *hoc modo facies ceteras latitudines eiusdem tabule si Deus uoluerit. Finitur opus astrolabii secundum Macellama. Benedictus Deus. Amen.* [2] (f. 13ᵛ). ⟨Canones *Messahalath* circa idem astrolabium⟩ (in ms. *de nominibus eorum, quae in astrolabio continentur).* Inc. *Nomina instrumentorum astrolabii et eorum, que in eo continentur.* Des. *talis erit comparatio stature tue ad totam planitiem.* (Haec duo opuscula Messehalach contuli in ed. Margaritae Philosophicae, ed. Basileae 1535, p. 1362-1415).

3 (f. 21). ⟨**Ioannis de Sacrobosco**⟩ tractatus de sphaera. Inc. *Tractatum de sphaera quatuor capitulis distinguimus.* Des. *aut mundana machina dissoluetur.* (In ed. Iuntina, Venetiis 1508, ff. 1-53ᵛ).

4 (f. 29). Tractatus quadrantis, qui in f. 1, fragmenta. Inc. *Geometrie due sunt partes theorica et practica.* Abrumpitur ad caput VI « de positione mensium in cursore » vv. *ponatur 1ª linea sicut prius.*

5 (f. 30). ⟨**Campani Ioannis** (?) de compositione quadrantis, cf. Daunou, *Histoire littéraire de la France,* Paris 1847, XXI, p. 252⟩. Inc. *Scire debes quod circulus solis duas habet medietates.* Des. imperfecte ad caput « de radicis extractione » vv. *sub prima figura.*

6 (f. 35). **Ioannis de Sacrobosco** computus. Inc. *Computus est scientia considerans tempora ex solis et lunae motibus.* Abrumpitur ad caput « de tabula terminorum » vv. *celebrari septem diebus antequam deberet.*

7 (f. 49ᵛ). De compositione et usu quadrantis, omnino uti in f. 1-6. Des. perfecte vv. *per eius altitudinem, et productum dabit capacitatem eius.*

I. F. 54. *Tabula de diebus, in quibus cadit Pascha: Quando luna currit per 1 proxima dominica post nonas aprilis erit dies Pasce - Hoc tenet regulariter tam in annis bisestilibus, quam in aliis annis.*

II. F. 54ᵛ notula de ciclo decemnovenali.

Tituli rubri, initiales desunt, a f. 29-53 binis columnis. F. 20ᵛ vacuum. Ff. 1. 6. 20 aliquantum discerpta.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Alexandri VII, pont. max.

Cod. **1409** deest iam a saeculo XIX ineunte.

1410. Saec. XV, chart., mm. 202×135, ff. 1-128 (+ f. 119ª).

1 (f. 5). ⟨**Laurenti Rusii** de cura equorum liber, italice versus⟩. Cap. primo « Per sapere la spetia de le infermitade de lanimali per mascancia » *Al suo reuerendo padre spirituale et signore Napolione, per la diuina gratia diacono del titolo de sancto Adriano...: Imperocchè per loro è più solimata la gloria de principio, elli animali de' baroni.* Des. Cap. ultimum: *perochè così si acoresceno*

et così se menuisce li omori nel corpo, secondo che la luna cresce et decressce, così fanno homori. Laus Deo, Amen. Finis huius operis. (Differt aliquantum et contractior est haec versio ab edita in *Collezione di opere inedite e rare,* Bologna 1867, vol. 19); praeeunt (f. 1-4) capita 1-171. Cap. I. *Per sapere la spetia de le infirmitade de lanimali cerca a capitoli, capitolo I.* Cap. ultimum: *A dire certe altre cose, come intenderai cap. 171,* (cf. ed. cit., p. 437-447).

I (f. 117). Nota de signis caelestibus convenientibus certis membris: *Aries correspondet capiti - Piscis vindicat sibi pedes.* (Cf. Margarita philosophica, ed. Basileae 1535, p. 632).

II (ibid.) ⟨Aliae notulae et praescriptiones de curis equorum⟩: *Igitur si aliquis uult medicari seu medicinam operari in aliquo certo membro equi - Praedicta aqua* (luminosa) *et unguentum curat omnes fistulas et omnia que de fistule* (!) *species sunt.*

III (f. 118^v-119) tabulae binae de diebus faustis et infaustis in unoquoque mense et in unaquaque costellatione.

IV (f. 120). Aliae praescriptiones: *Quando ell auesse infiato el collo. Lo romedio è questo - A fare saldare la fistola... per fino a tanto che la desecha.*

Tituli atque initiales rubra. Ff. I^v. 116^v. 119^a. 120. 123^v. 128 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1411. Saec. XV, membran. et chart., mm. 218×145, ff. membran. 1-26 et chart. 1-20.

Libellus cantionum italice et francice cum notis musicalibus mensuratis, quas vocant.

1 (f. 3^v-4^r): *Con - Con dollia me ne uo con dollia;* 2 (f. 4^v): *Fatem de moy ce que uos playra;* 3. **Bincoys** [1] (f. 5^v): *Adieu, adieu, mon ioy;* [2] (f. 6^v) *Deul angoisseux, rage;* 4 (f. 7^v). **Cicogna:** *O rosa, o rosa, o rosa bella;* 5 (f. 9^v). **G. Dufay:** *Se la face ay pale;* 6 (f. 10^v). **Bincoys:** *Mon cuer chante meusemente;* 7 (f. 11^v). **G. Dufay:** *La dolce e lieta uista;* 8. **Bincoys** [1] (f. 12): *En se rail mieulx a uonstre cuer;* [2] (f. 13^v): *Files a marier ne uous mariez ia.* 9 (f. 14^v). **G. Dufay:** *Trop lonc tamps ai este on des plaisir;* 10. **Bincoys** [1] (f. 15^v): *Echaue piscil de uenis;* [2] (f. 16^v): *Votre tres doulx regart;* [3] (f. 17^v): *E ne fay tons toms que penser;* [4] (f. 18^v): *Pour prison, ne pour maladie;* [5] (f. 19^v): *Margarite fleur de ualeur;* [6] (f. 20^v): *Seulle garee de tout;* [7] (f. 21^v): *Mon doulx espoir tres desiderenx;* 11. **Donstaple** (f. 22^v): *O rosa bella.*

Codex, qui convenire potest cum codice signato n. 7, p. CLII in vetere inventario Urbinate, praefert nomina auctorum litteris maiusculis caeruleis, notas musicales interdum rubras. Ff. 1^r. 2^r. 3^r. 23^v-26 membr. et reliqua chartacea vacua. In f. 1^v alia manu: *Questo libro di musicha fu donato a Piero de Archangelo de li Bonauentura da Urbino dal magnifico Piero di Chosimo de Medici di Fiorenza.* In f. 2^v tessera gentilicia corona praedita, superimposita media aquila coronato capite; in sectione 1-3 aquila, in 2-4 septem pilae (stemma familiae de Medicis). Codicem descripserunt Langlois in *Notices et Ex-*

traits des manuscrits, Paris 1890, vol. 33, p. 297, Bannister, *Paleografia musicale Vaticana*, Lipsia 1913, p. 188.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1412. Saec. XV, membran., mm. 217×140, ff. 1-71.

Prisciani (**Lydi**) philosophi ⟨solutiones eorum⟩ (in ms. *de iis in quibus)* ⟨de quibus dubitavit⟩ (in ms. *dubitabat)* ⟨Chosroes⟩ (in ms. *Scosroe)*, Persarum rex, latina versio. Inc. *Cum sint multae et uariae in questione propositiones.* Des. *et quomodo aera commouent proprio motu. Finitur. Finis.* (Ed. Bywater, Prisciani Lydi, quae extant. Supplementum Aristotelicum, Beralini 1886, p. 41-104, in codice tituli capitum saepe uti in ed. cit.).

Codex, qui convenit n. 246 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, initialem maximam auream floribus auroque decoratam. In f. 1ʳ corona laurea floribus et globulis aureis circumornata, in media corona titulus operis litt. aureis et nigris. Folii 2 tres margines duobus puerulis aligeris, floribus fructibusque praediti sunt, et in parte inferiore tessera gentilicia urbinatium ducum una aquila praedita et ab aquila nigra sustentata.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Francisci Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1413. Saec. XV, chart., mm. 234×155, ff. 1-73 (+ f. 70ᵃ).

Iordano Rosso *de Calabria, libro della mascalzia delli cavalli.* Praefatio inc. *Concio sia cosa che entre tucti li animali creati dal sommo magistro creatore de tucte le cose, le quale sianu sottoposte al huma* (!) *generatione nullo animale sia più nobile.* Des. *così scriuere pensai.* Sequuntur capita I-VI, quibus opus continetur. Cap. I, *Della creatione e natiuità del cauallo,* inc. *Inprima mente dico ch'lucauallo se de generare dallo stallone studiosamente.* Cap. VI. *Dell midicine et remedii che uagliano alle dicte infirmità,* des. *per grande tempo demorando con lui in sua corte.* Sequuntur (f. 41ʳ) alia remedia eiusdem et duorum aliorum scribarum manibus: I. *Unguento ad rogna.* Ultimum: *Remedio alla febbre secca.* (Differt ab ed. in *Collezione di opere inedite o rare*, Bologna 1867, vol. 19-20).

2 (f. 51ᵛ-73). ⟨Equorum fraena stilo plumbeo delineata⟩. Primum: *Per fare andare sotto uno cauallo che uada alto et balestrando colla testa.* Ultimum: *Per uno puledro a farlo andare sotto.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VII et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1414 (olim 376, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, (seu an. 1547, cf. f. 1), chart., mm. 210×141, ff. VII. 313.

Bernardi Antonii, *mirandulani,* (casertani episcopi) *praelectiones in I librum Ethicorum* A r i s t o t e l i s. Lectiones I-XXXVIII. Lectio I inc. *Etsi non me*

latet, uiri ornatissimi, illud in more consuetudineque positum esse, ut qui primum ad aliquam artem facultatemque explanandam aggrediuntur. Lectiones I-XIX (f. 1-164) sunt uti propedeutica ad commentarium, qui una cum textu Aristotelis incipit a lectione XX (f. 165). Lectio XXXVIII des. *nam particulares facultates appetunt bonum particulare, nam aliud est bonum medicinae, aliud militaris.* Singulis lectionibus praemittitur summarium, e. gr. *In hac lectione continetur quid sit subiectum alicuius facultatis...* (De auctore cf. Tiraboschi, *Biblioteca Modenese,* Modena 1731, 1, p. 236 sqq., ibi tamen nulla mentio huius operis).

Contectus pelle castanea cum ornamentis ex auro impressis saec. XVI. In tegumenti pagina posteriore titulus. *Lectionum A. B. M. in librum I. Ethicorum Aristotelis. Tomus I,* sed deest secundus.

1415. Saec. XII, membran., mm. 215×147, ff. I. 43.

F. 1v. **Isaac Iudaei, filii Salomonis, (Abu Iakub Ishak ben Soleiman el Israîli)** *de urina, liber quem Constantinus Africanus, monachus cassinensis, ex arabica lingua in latinam convertit.* Inc. *In latinis quidem libris nullum auctorem inuenire potui, qui de urina certant.* Abrumpitur cap. X, articulo *de fundo ypostasis* vv. *dissolutionem significat febris et...* (Impressum opus Lugduni 1515, teste Wüstenfeld, *Die Übersetzungen arabischer Werke in das lateinische,* Göttingen, 1877, p. 17, sed ed. non vidi).

I. F. I. Praeceptiones medicinae (manibus saec. XV). I contra dolorem stomachi: *Recipe roris marini, saluie.* Ultima: *ad omnia uitia oculorum.*

II (f. 1r). Fragmenta ⟨de signis urinae⟩: *Si in illa qualitate permanserit post apparitionem apratis mortale - Urina puelle uirginis clara et liquida est ualde. Explicit.*

III (f. 43). *Virtutes aquae vitis: In primis curat omnes frigidas passiones - predicta aqua non tangat oculum et pupillam interius.*

IV (ibid.). Confectiones variae et praeceptiones. Prima: *Balsamum romanum* - ultimum remedium *ad ycteritiam.*

Codex, qui convenit n. 319 veteris indicis urbin., totus scriptus est litt. minuscula rotunda, sed tituli litteris longobardicis rubris, initiales rubrae lineis nigris ornatae sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1416. Saec. XV, membran. et chart., mm. 164×113, ff. membran. I. 126, chart. I. 127-146.

Miscellanea de cura lapidis renum ad card. Bessarionem; variorum consilia medica.

1 (f. 1). *Opusculum de cura lapidis renum,* partes I-III. Pars I inc. *Reuerendissime mi pater, dum cupio uestre satisfacere paternitati temptabo de*

cura lapidis. Pars III des. *hec que sunt sepius experta et aprobata pro nunc dicta sufficiant. Explicit...* Insunt in ff. I chart. et ff. I membran. 1. 2. 3. 4.^{v} 5.^{v} 6. 7. 11. 60 receptae variae latine interdum graece, et etiam latine litteris graecis...

2 (f. 61). **Hieronymi Vallensis** *de cura lapidis renum, opusculum ad eundem.* Inc. *Obuiando dispositioni, qua interdum reuerendissimus dominus card. Nicenus molestatur.* Des. *et fiat balneum, quo sepe tota balneetur. Hec ad Dei laudem et Rm̃i domini utilitatem breuissime notata sunt per Hieronimum Vallensem, patavinum, prefato rm̃o domino deditissimum.*

3 (f. 67). **<Iacobi de Zocollis>** (seu Zoccoli, cf. ind. praevium f. 1) *Consilium aliud, solummodo circa praeservationem et prohibitionem a lapidis generatione* (ad eundem). Inc. *Reuerendissime domine mi. Medici intentio in cura lapidis renum uel uesica uersatur principaliter circa tria.* Des. *per tres horas ante cibum.*

4. **Bartholomaei de Montagnana**, patavini, *consilia circa dispositionem lapidis renum et vesicae.* [1] (f. 69). Inc. *Iste seruus Dei laborat egritudine renum principaliter, que prouenit ex lapide.* Des. *meliora uisa sunt pro dispositione huius religiosi.* [2] (f. 73). Eiusdem aliud consilium (ad Bessarionem?). Inc. *Iste uenerandus pater in Christo sine dubio egrotat egritudine complexionali.* Des. *in quorum cognitione negotiandum est magis in uisu quam auditu.* (Consilia Montagnanae, Lugduni 1525, consilium 186, f. 264^v).

5. **Antonii Cermisoni**, patavini, *de cura calculi renalis.* Consilia 1-2. [1] (f. 75) inc. *Cura calculi renalis etc. ut hic immediate infra contra calculum renalem.* Des. *ipsum uirum intelligentem de hiis omnibus uerbo ample admonui.* [2] (f. 88^v). *De ardore urinae consilium.* Inc. *Contra ardorem uirge cum ulcere et ardore et dolore intenso.* Des. *et natura medicaminibus non assuescat.*

6. **Bartholomaei de Montagnana** *circa ulcera vesicae et ardorem urinae.* [1] (f. 92^v) inc. *Hec generosa domina egrotat ulceribus in uessica.* (Ed. cit., consilium 185, f. 264, sed in codice adduntur alia, i. e. duae unctiones pro ardore urinae et receptae ad lapidem). [2] (f. 94^v). *Consilium aliud ad idem.* Inc. *Dolores, quos passa fuit ista generosa domina.* Des. *si continuabit ea, ad laudem summi Saluatoris.*

7 (f. 96). **Ioannis de la Turre** *additio circa ardorem urinae.* Inc. *Nota quandoque* (?) *est maximus dolor in radice et in uirga.* Des. *qui lauat et mundificat.*

8. **Ant. Cermisoni** *consilium contra stipticitatem uentris.* [1] (f. 97) inc. *Contra uentris stipticitatem potio leuis lenitiua.* Des. *ubi multa pulchra lenitiua habebis et fortiora.* (Consilia, ed. 1525 Lugduni, f. 508). [2] (f. 98^v). *Contra ventris stipticitatem cibus uentris lenitiuus,* cf. ed. cit., f. 507^v, sed adduntur in ms. diversa, des. *addat brodii caulium III misce.* [3] (f. 101^r). *Additio superio-*

ris consilii. Inc. *Contra uentris stipticitatem* (pergit laudans *terebentinae* uirtutes) des. *ipsius diei in qua terbentina assumit.*

9 (f. 104v). *Consilium alterius doctoris contra ventris stipticitatem.* Inc. *Cum feces indurate fuerint.* Des. *unguentum ex his omnibus cum asongia uentri* (?) *porci.*

10 (f. 106v). *Ad lapidem renum et vessicae et denegatam urinam efficax et mirabile: Recipe radicem feni, petrosilli, brusci, sparagi - uel fiat in modum sirupi.*

11 (f. 107). Avicennae *ex secundo canonis excerpta simplicia habentia proprietatem circa renum et vessicae lapidem.* Inc. *Anisum primo. Calidum est in secundo et siccum in tertio* - Ultimum: *Vitis.* des. *bibitur cum uino et frangit lapidem.*

12 (f. 114). **Gerardi,** *medici veronensis, consilium contra visus debilitatem.* Inc. *Pretermisso casu in terminis per ea que alias uisa et intellecta sunt.* Des. *negare nolui ut seruiam tanto domino meo. Deus felicitet hec remedia in prosperos eius successus. Finis.* In marg. f. 124v manu posteriore adscriptae sunt duae receptae contra lapidem fratris *Angeli de Ancona, quem d. Episcopus Fesulanus ualde commendabat.* In f. 123v alia manu *experimentum ad frangendum lapidem;* in f. 124 Ἰακόβου Κυπρίου aliae receptae; in f. 124v *fratris Angeli de Ancona* receptae tres ad idem.

13 (f. 125). *Quoddam consilium pro ventris* (!) *solutivum: Recipe medulle cartami - ante cenam accipiatis duas pillulas etc.*

14 (f. 125v). *Emplastrum imponendum etc.: Recipe sanguinis draconis - conuenientis grassitudinis et applicetur etc.*

15 (ibid.). *Ad confortationem membrorum: Nunc quantum ad intentionem quintam et ultimam - et pulverizentur sicut sis* (! scis). In f. 125v126 aliae receptae, inter quas *electuarium, quo utor ex amonitione cuiusdam medici.*

16 (f. 127). Alia manu. ⟨Regimen pro lapidis passionibus ad revm̃um virum⟩. Inc. *Videtur mihi quod dominatio vestra rev. Intentione tam preseruatiua quam curatiua* - Des. *Hec sunt, mi revm̃e domine,... collegi pro salute r. d. v. ... Deus omnipotens infundat virtutem et robur augeat. Amen;* (sequuntur f. 129 aliae receptae ad idem).

17 (f. 130). *Hoc inveni in margine cuiusdam practicae Mundini bononiensis.* Inc. *Magister Habraam de Barbaria sanauit unum nobilem ianuensem de egritudine lapidis in uessica.* Des. *et estate pro tribus.* Clauditur subscriptione: *Corectum per me Pantaleonem Quayanum phisicum, et manu propria subscripsi die 19 iulij 1464. Laus Deo.*

18 (f. 141). Alia manu: *Ad calculum renalem.* Inc. *Dolore inuadente sic procedatur.* Des. *uno modo uel altero et hoc frequenter.*

F. 146. Receptae graece fere evanidae.

Codex, qui convenit n. 318 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, sed initialibus caret. Cum folia chartacea posterius addita an. 1464 scripta sint, uti habetur in subscr. f. 140ᵛ, sine dubio folia membranea antea fuerunt exarata. Ff. 129ʳ. 129ᵃ chartacea vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1417. Saec. XV, membran., sed f. 81 chart., mm. 152×106, ff. I. 81.

Ali Ibn Isa (in ms. *Ihesu Haly) de infirmitatibus oculorum et curis eorum.* Tractatus I-III. Tractatus I inc. *Incipio primo tractatum de diffinitione oculi. Oportet illum, qui uult medicari.* Tractatus III des. *Zinziber... scabiei confortatiuum uisus abstergit obscuritatem;* praeit epist. seu prooemium: *Peruenit ad me carta tua, mi frater, custodiat te Deus cum clementia sua - Et diuisi eum per capitula ut leuius sit querere de eis.* Sequuntur capita primi tractatus. (Editum an. 1497 in opere. Collectio chirurgica veneta et etiam posterius iuxta Chulant, *Handbuch der Bücherkunde für die ältere Medicin,* Leipzig 1841, p. 339, sed nullam ed. vidi).

Codex, qui convenit n. 315 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas caeruleas ac rubras alternas lineis distinctas. In f. 81 chart. possessoris manu nota: *Iste libellus est medici famosissimi hospitalis sancte Marie noue de Florentia, quem feci scribi* (!) *a magistro Ioanne de Florentia de mense aprilis.* Sequuntur ibi receptae tres ad sanguinem restringendum. Ff. I. et 81ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1418.

Non est codex seu capsella in forma libri, in qua nomisma seu effigies Friderici II, Urbini ducis, in corio impressa conspicitur. Descripta est iam in indice vetere urbin. 652. De eo loquitur Affó, in *Archivio st. per le provincc parmensi.* Parma 1903, p. 171, cum titulo: *Un altro medaglione di Federico, duca d'Urbino, opera di Francesco Enzola da Parma.*

1419. (olim 421, cf. f. 1). Saec. XV, chart., mm 211×148; ff. III. 97.

Philosophica et iuridica quaedam; dictionarium; liturgica cum notis musicalibus.

1 (f. 1). **Alberti de Saxonia** *quaestiones 1-30 in logicam.* Inc. *Queritur utrum logica sit scientia practica uel speculatiua et aio primo quod non sit speculatiua nec practica.* Des. *quia ponebatur in subiecto conuerse ponatur in praedicato conuertentis et obiecto. Et sic est finis;* subicitur tabula quaestionum: *Utrum logica sit scientia - Utrum conuersio sit possibilis.*

2 (f. 32). *Tractatus compendiosus* (seu dictionarium vocum latinarum et interdum italicarum): *Ara idest sed, et tunc est coniunctio... Ara idest certe et tunc est aduerbium... mensuatim idest de mense in mense - Interim interea: infra tanto.* Sequuntur manu posteriore definitiones logicales nonnullae.

3 (f. 41). ⟨Commentarius in Petri hispani summulas logicales usque ad tractatum 2, vv. « Species est quod praedicatur »; cf. Petri Hispani summulae logicales cum Versorii expositione, Venetiis 1568, ff. 2^{v}-53^{v}⟩. Inc. « Dyaletica (!) ». *In Dei nomine inuocato circa unamquamquem* (!) *rem inchoantem primo et principaliter sunt quatuor scienda.* Des. *illa diffinitio scilicet quod predicatur de pluribus differentibus numero solum et sic genus non est species etc.*

4. ⟨**Martini anglici** (?), cf. tabulae codd. biblioth. pal. Vindobonensis, Vindobonae 1869, vol. 3, p. 354⟩ [1] (f. 60) tractatus de consequentiis. Inc. *Consequentia est totum aggregatum ex antecedente et consequente.* Des. *ut patet in exemplis ultime regule. Expliciunt etc.* [2] (f. 62^{r}). ⟨Eiusdem?, cf. ibid.⟩ *tractatus de obligationibus.* Inc. *Obligatio est quedam ars mediante qua quis obligatus tenetur affirmatiue respondere uel negatiue ad propositiones sibi obligatas.* Des. *quia obiectum depositi est impossibile et nullum tale est ad mictendum etc. Expliciunt obligationes fideles secundum Exonie* (sc. secundum scholam oxoniensem).

5 (f. 67). *Tractatus de dictione differt.* Inc. *Notandum quod isti termini differt aliud et non idem eodem modo confundunt terminum in propositione.* Des. *sicut predicte fuerunt conclusiones consimiles precedentes. Explicit tractatus, qui uocatur differt.*

6 (f. 72). ⟨**Bernardi de Morlas**, cluniacensis ord., cf. *Hist. littéraire de la France,* Tom. XII, Paris 1763, p. 236 sqq.⟩ de contemptu mundi. (Inter opp. suppositia s. Bernardi, M., Patr. lat., 184, col. 1307-1314, in cod. tamen in fine additur versus: *Annus sit gratus uobis diesque amatus.* Infra subscriptio: *Explicit epistola domini abbatis Bernardi claraualensi* (!) *ad magistrum Rainaldum de contentu mundi de diuinis regni celorum.*

7 (f. 76). ⟨Definitiones logicales ex Lincolniensi, Aegidio, Paulo Veneto, Antonio Andrea Conciliatore, Petro Mantuano, Scoto etc.⟩: *Accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem - contentis ratione eadem.*

8. [1] (f. 84^{v}). Credo. Sanctus. Gloria. Verbum caro notis musicalibus instructa; [2] (f. 89^{v}) cantiuncula: *La bella giouinetta sospirando mi disse* etiam notis musicis instructa; [3] (f. 93) Kyrie cum tropis: *Kyrie summe, clementissime, rex aeterne Domine* (cf. Blume et Bannister, Analecta hymnica, Tropi graduales, Leipzig 1905, vol. 47, p. 165).

I. In f. 94^{v} nonnulla fere evanida sed nullius ponderis.

Codex quatuor manibus scriptus, prima exaravit ff. 1-36^{v}. 41-70; secunda ff. 72-78^{v}; tertia ff. 36^{v}-38^{r}. 79-80; quarta ff. 84^{v}-92^{v}. Ff. 1-38 binis columnis, cetera non item. Initiales in primo opere lineis rubris distinctae; in f. 72 initialis maxima rubra coloribus ac lineis ornata est. Ff. I-III. 70. 71. 80^{v}. 81-84^{r}. 85^{v}. 86. 93^{r}. 95-97 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII, pont. max.

1420 (olim 379, ff. 1). Saec. XV, chart. et interdum membran., mm. 219×155, ff. IV. 239.

⟨**Ioannis Marbres**, canonici, doctoris clarissimi ord. minorum, super octo libros Aristotelis physicorum quaestiones, lib. I-VIII⟩. Inc. *Venite ad me omnes qui laboratis... Quot et quantos fructus scientiarum notitia et cognitio nobis afferat.* Liber VIII des. imperfecte vv. *huiusmodi enim primitas est tamen secundum rationem non autem in re etc.* Infra subscriptio: *hic explicit quia morte detentus amplius non processit.* In ff. 232ᵛ-235 tabula quaestionum. (Contuli cum ed. Venetiis per Bonetum Locatellum 1487, XVII Kal. novembris. f. a 2-1ᵛ, col. B, lin. 25). Primo libro praesertim ascribuntur scholia et notabilia manu librarii et aliorum.

Initiales tam maiores quam maximae rubrae lineis adornatae; prima initialis aurea coloribus decorata; margines folii 1 florum ramis et aureis globulis picti sunt. In tabella textui praevia scholae aula picta est, in qua magister praelaticia veste indutus e cathedra alloquitur septem discipulos sedentes, quos inter religiosi iuvenes tres albis palliis induti et capulati. In f. 236ᵛ duabus manibus titulus operis et nomina fortasse possessorum *Iacobi Bertrandi de Valentia* et *Angeli de Arretio;* tamen in f. 238 manu saec. XVI aliquis perperam scripsit: *Iacobi Beltrandi de Valentia quaestiones super octo libros physicorum Aristotelis M. S.* Ff. I-IV. 235ᵛ-239 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai, card. bibliothecarii.

1421. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 202×135, ff. I. 73.

Pontano (seu da **Ponte**) **Hieronymi** 1 (f. 1) *disputatio peripathetica de humanae mentis immortalitate, in gymnasio romano an. 1568 de mense martii facta.* (Pars I tantum), inc. *Sacrum hoc et iam inde ab initio nascentis ecclesiae, non humana sed diuina institutione, poenitentiae destinatum tempus.* Des. *deinde rationes contra eamdem conclusionem faciemus.* (De auctore cf. Finazzi, *Storia dell'università degli studi di Roma,* Roma 1804, 2, p. 104; hoc opusculum considerari potest uti adumbratio operis ab eodem auctore editi de immortalitate animae libri I-VII, Romae 1507). 2 (f. 70). *De recta studiorum philosophiae ratione capita quaedam.* Incipiunt: *Cum Aristotelem caeteris humanarum scientiarum scriptoribus anteponendum merito iudicauerit antiquitas.* Desinunt: *breuiloquium Aristotelis, qui unus omnium maximo ac pene incredibili utitur silentio, praetereant.*

Ff. I-73 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1422 (olim 753, cf. f. I). An. 1477, cf. f. 96, chart., mm. 203×136, ff. I. 96.

⟨**Gualtheri Burlei**, cf. Balaei, Anecdota Oxoniensia, Index Britanniae Scriptorum, Oxford 1902, p. 101⟩ de vita et moribus philosophorum. Inc. *De vita et moribus philosophorum veterum tractaturus multa, quae ab antiquis auctoribus.* Des. in vita: *De Phylemone poeta* vv. *Claruit uero tempore Oniae, sacer-*

dotis Iudeorum. (Pluries impressus sine auctoris nomine, cf. Balaeum ibid.). In ff. 95-96 index vitarum.

Codex: *Scriptus est per me Alexandrum, quondam ser Mathei de Colle de Pisauro* (?) *1477. Die XXII mensis aprilis,* uti notatur in f. 96. Tituli rubri, initiales maximae desunt. Ff. Iv. 94v. 96v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1423. An. 1569 (cf. f. I), chart., mm. 198×130, ff. II. 65 (+ ff. 4a. 7a. 13a. 55a-b).

Cesareo Agostino *l'arte del navigare con il regimento della Tramontana e del sole, e la vera regola del flusso e reflusso delle acque sotto breve compendio nuovanente ridotta.* Partes I-III. Pars I inc. *Tra gli altri eccellentissimi e singolarissimi doni, che Dio ha fatti all'humana generatione, è stata la cognitione del moto di cieli.* Pars III des. *li quali tutti XII segni sono di gradi XXX per ciascuno, che tutti fanno gradi CCCLX;* praeeunt [1] (f. I) auctoris dedicatio: *Al molto illustre signor don Francesco de'Rainosa: La dolcezza della gran bontà et humanità della signoria v. illustre et ogni suo cortese et amoreuole affetto - molto mi raccomando. MDLXIX;* [2] (f. IIv) *sonetto: L'alta Cagion con prouidenza e zelo - E di saperlo Tifi non fu degno;* sequitur [3] (f. 62-65) *sommario delle cose: Altura. Carte 4. Grado c. 5 - Mesi e segni australi c. 61.* (Alterum exemplar in cod. 1435).

In ff. 3. 4. 11. 13. 55 figurae coloribus distinctae cum gnomone medio mobili. Ff. varia vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1424. An. 1573 (cf. f. 1), chart., mm. 196×130, ff. II. 112.

Tasca Laurentii, *societatis Iesu, tractatus et quaestiones in libros Aristotelis de coelo et mundo. Romae 1573.* Inc. *Corporis naturalis de quo agit phylosophus principiis et passionibus explicatis superest ut species persequamur.* Des. *Satis est ut habeat Deum optimum maximum, cui sit laus et gloria per infinita etc. Finis tractatus librorum de coelo.* In 1 titulus operis et annus 1573; in f. II index capitum et quaestionum. Cap. I *de mundo p. 1. cap. 1 - An cessante motu caeli necessario cessent et esse et motus rerum sublunarium. 104, quaestione 17.*

In f. I tessera gentilicia, sursum tres stellae, deorsum tres spicae erectae in campo caeruleo, hinc inde et infra initiales .H. .V. .VR., fortasse possessoris. cf. cod. 1288. Ff. Iv. IIv. 108-112 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1425. An. 1437 (cf. f. 52), membran., mm. 209×155, ff. I. 52.

Petri Thomasii *consilium de universali praeservatione contra venena pro sanctissimo papa Eugenio IV.* Inc. (f. 3v) *In praeseruatione uniuersali aduer-*

sum maleficia uenenosa danda erit opera ne uenena cibariis et potibus clanculo possint abdi. Des. *sacrae tuae litterae attestantur. Vale;* praeit (f. 1) prooemium: *Quamquam, beatissime Pater, pro te neque humana praesidia quaeras, neque pericula timeas. - tum certius de re iudicare possunt.* (De auctore cf. Tiraboschi, *Storia d. Lett. ital.*, Milano 1833, 3, p. 6 et Ginanni, *Memorie... Scrittori Ravennati,* Faenza 1769, 2, p. 412 sqq., sed nihil apud eos de hoc opere).

Codex convenit n. 316 veteris indicis urbin. *Datum est Venetiis XII kal. Martii MCCCCXXXVII,* uti legitur in f. 52 eleganti manu librarii. Titulus et subscriptio litt. caeruleis, initiales maiores caeruleae lineis aureis, initiales maximae aureae ramis florum et coloribus ornatae. Folii 1 tres margines auro, ramis, papilionibus et puellis decorati sunt; in margine dextero eiusdem folii tessera gentilicia Eugenii IV superimposita thiara. Folii 3^v margo sinister pari ornamento decoratus, quo margines folii 1. In f. I^r titulus operis manu posteriore. F. I^v. 52^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1426. Saec. XVI, chart., mm. 218×148, ff. II. 14.

Poggio, *fiorentino, epistola della descriptione de bagni di Thurigo et del modo delitioso del bagnarsi fatta et tradutta di latino in Vlgare* (!) *per suo passatempo et piacere da* ***Paulo Panciatico*** *da Pistoia.* Inc. *Se tu sei sano la cosa ua bene et molto me ne rallegro.* Des. *et a loro et a te di Corere* (!) *mi raccomando.* (Est epist. in opp. Poggii Basileae 1538, p. 297-301; de interprete autem pauca apud Zachariam, Bibliotheca pistoriensis, Augustae Taurinorum 1752, p. 211, ubi tamen nihil de hac versione).

Ff. I^v. II. 12-14 vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1427. Saec. XV, membran., mm. 220×146, ff. 1-140.

Avecebrolis (**Ibn-Gabirol**) liber fontis vitae de prima parte sapientiae, seu de scientia, de materia et forma ex arabico in latinum translatus a **Ioanne Hispano** ac **Dominico Gundi Salvo**, tractatus I-V, omnino convenit cum ed. Baeumker, Monasterii 1895, p. 1-339).

Tituli rubri, initiales desunt. Scriptura compendiosa, lacunulae non paucae. Accurate de hoc codice disseruit Nagy, *Un nuovo cod. del Fons vitae,* in *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei,* serie V, vol. V, (1896), pp. 154-170.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1428 (olim 501, cf. f. 2 et tegumenti dorsum). Saec. XIV, membran., mm. 198×135, ff. II. 188.

Ioannis de Sacrobosco algorismus et computus cum comm. et scholiis; *Cisioianus;* **Campani** compositio quadrantis; **Ioannis de Garlandia** tabulae; **Roberti Grostete** computus et compendium de sphaera; **Hermanni Contracti** caput

de utilitate astrolabii; tabulae astronomicae; problemata algebrica; kalendaria 1-2.

1 (f. 1). **Ioannis de Sacrobosco (Holiwood Halifax)** algorismus vulgaris cum initio commentarii. Inc. *Omnia que a primeua rerum origine processerunt ratione numerorum formata sunt.* Des. *Et hec de radicis extractione sufficiant, tam in numeris quadratis, quam cubicis.* Comm. inc. « Omnia que a primeua etc. » *Omnia que precesserunt in esse, supple idest inceperunt esse, a prima origine rerum - a se ipso denominatum ostendit;* praeit (f. 1ʳ) scholium manu posteriore: *Quoniam completam cuiuslibet rei scientiam - ratione numerorum formata sunt.* (De edd. cf. Daunou, *Hist. litt. de la France,* vol. XIX, p. 1-6; contuli cum ed. Curtze, Hauniae, 1897, p. 1-19).

2 (f. 17ᵛ). *Cisioianus* (cf. cod. biblioth. regiae monacensis, n. 10273, p. 146) seu versus 1-28, quibus initialibus syllabis saepe festa sanctorum totius anni comprehenduntur. Inc. *Sic tibi festa patent sanctorum limite recto.* Des. *Sanctus abinde Thomas, modo Nat. Step. Io. Pu. Thome. Sil.*

3. **Ioannis de Sacrobosco** ¹ (f. 18) computus cum scholiis. Inc. *Compotus est scientia considerans tempora ex solis et lune motibus.* Des. *Ecclesiae Christi, quod nos hinc fructificemus;* subest figura solis et planetarum. Scholium I inc. « Compotus est scientia etc. », *Diuiditur autem totus tractatus iste in duas partes principales. Schol. ultimum* « O qui perpetua » *O tu Christe, qui gubernas mundum perpetua ratione.* ² (f. 65). De sphaera cum scholiis et figuris. Inc. *Tractatum de spera quatuor capitulis distinguimus.* Des. *aut mundana machina dissoluetur.* (Saepe edita). Schol. I inc. *Auctor huius operis principali proposito suo prohemium premittit, in quo capitula principalia.* Schol. ult. « Dionisius areopagita » *Nota quod atheniensis ciuitas distinguebatur per tres partes - eodem modo potest distingui Parisius.*

4 (f. 93). **Campani** compositio quadrantis. Inc. *Scire debes quod circulus solis duas habet medietates.* Des. *et ita usque in quinque;* sequitur (f. 95ᵛ) schema quadrantis. (Cf. Daunou, *Campane de Novarre, mathématicien, Hist. litt. de la France,* Paris 1847, vol. XXI, p. 252).

5 (f. 96). Tabulae 1-6 annorum bisextilium cum scholio: *Per quatuor primas tabulas habetur in quolibet die anni in quo signo et in quoto gradu illius signi sit in quolibet die anni - pro gradu uno sumantur.*

6 (f. 99). Kalendarium. Notanda: die 29 apr., *translatio sci Eadmundi regis; die 21 iun. Martini episc.; die 23 iun. translatio Healdrede* v. (seu Etheldredae); (f. 105) additur scholium: *Ad notitiam istius Kalendarii - et numerus qui sub littera scribitur ostendit horam primationis ipsius.*

7 (f. 105ᵛ). **Garlandi** (seu **Ioannis de Garlandia**) tabulae 1-5; sequuntur scholia 1-3; ¹ (f. 108): *de tabula principali Garlandi;* ² (ibid.): *de contra tabula;* ³ (f. 108ᵛ): *de inventione littere tabularis per artem.* Incipiunt. *Secunda tabula*

principalis Garlandi. Desinunt: *littera tabularis erit cum qua littera dominicalis conuenit.*

8 (f. 109). Kalendarium alterum: *7 mai s. Domiciani episc.; 13 nov. s. Brictii ep.; die 27 martii prima resurrectio Domini;* die 13 mai manu posteriore additur: *sancti Leandri, confessoris atque pontificis.*

9 (f. 115). *Tabula horarum diei equalium in septimo climate.*

10 (f. 115ᵛ). ⟨Scholium seu praefatio in computum Ioannis de Sacrobosco⟩. Inc. « Computus est scientia considerans tempora etc. » *Cum inter seculi sapientes antiquitus scilicet caldeos - noua compilatio incipit.*

11 (f. 117). **Roberti ⟨Grostete⟩**, *episcopi lincolniensis, compotus cum scholiis.* Inc. *Compotus est scientia numerationis et diuisionis temporum.* Des. *Ab hiis autem ceterorum ieiuniorum obseruatio patriarcharum consuetudinibus est permissa.* (Cf. Coxe, Catal. codd. biblioth. Bodleianae, Oxonii 1858, Codd. miscell. Laudiani 644, n. 17, p. 467); praeeunt capita I-XII. Cap. I *De causa bissexti et de modis magis uerificandi Kalendarium nostrum...*; cap. XII: *De temporibus ieiuniorum.* Argumenta et scholia incipiunt: *In primo capitulo hec facit: diffinit hanc scientiam, ut ex eius diffinitione eliciat diuisionem subiecti* - ultimum des. *sunt quoque praeter hec.*

12 (f. 174ʳ et 175ʳ) notulae *de cursu planetarum et de divisione numerorum integrorum.*

13 (f. 175ᵛ). ⟨Scholia de astronomia cum figura ac duabus tabulis⟩. Incipiunt: « Et quia sol mouet in omni die etc. » *Dies enim artificiales quatuor habet quadras.* Des. *et non cessabit non cessante motu;* sequuntur (f. 177ᵛ-178ʳ) *probationes quantitatis anni solaris, mensis solaris, lunationis, equationis 19 annorum, anni lunaris.*

14 (f. 178ᵛ). ⟨Problemata algebrica 1-23⟩: *Sit hic milites et pedites et puelle* - ultimum: *Si palus sit fixus in aqua... et de similibus similiter.*

15 (f. 180). ⟨**Roberti Grostete**, episc. lincolniensis, compendium de sphaera imperfectum⟩. Inc. *Intentio nostra est in hoc tractatu describere figuram machine mundane* usque ad vv. *stellarum fixarum et augium* (!) *omnium planetarum.* (Ed. in calce sphaerae Ioan. de Sacrobosco, Venetiis 1508, f. 87-89, lin. 4).

16 (f. 186). ⟨**Hermanni Contracti** caput I libri II de utilitatibus astrolabii⟩ (in ms. *Compositio chelindri).* Inc. *Componitur quoddam simpliciter et paruulum horologicum instrumentum,* usque ad vv. *et menses metiri ualeamus.* (M. Patr. lat., 143, col. 405-407, B, 4).

Codex, qui conuenit n. 276 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas lineis coloribusque, initiales maximas rubras intextis lineis rubris caeruleisque, auro et coloribus ornatas in campo caeruleo. Figurae astronomicae coloribus, avibus, piscibus et monstruosis bestiis praeditae sunt. In initiali C (f. 117)

imago Roberti, episc. lincolniensis, qui sedens et librum sinistra elevans dextera alloquitur. Ex scriptura, coloribus et sanctis nonnullis erui posse videtur codicem in Flandria scriptum esse. Ff. I. II. 1r. 17r. 188 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII, pont. max.

1429. An. 1530 (cf. f. 2), chart., mm. 205×148, ff. 1-120.

Curtii Matthaei, *papiensis, theorici ordinarii in Academia patavina,* praelectiones I-XXVIII in anathomia recollectae (ab aliquo discipulo). Prima lectio inc. *Consueui in principio anathomiae declarare sermonem anathomiae esse sacrum sermonem et uerissimum, sicut declarat Galenus, 3, de utilitate cap. 10.* Lectio XXVIII « de anathomia pulmonis » des. imperfecte: *in duas partes ramificatas iuxta quatuor uenulas, subdit Mund*(inus)... (Cf. D. Matthaei Curtii papiensis in Mundini anatomen explicatio, Papiae 1550, cuius operis hae praelectiones considerari possunt velut adumbratio quaedam).

Fr. 1. 119v-120 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1430. An. 1457 (cf. f. 35), chart., mm. 212×145, ff. I. 40.

Ludovici Haspis de Nesutiis de Forosempronio (in ms. *Forosimfronio) tractatus contra pestem.* Cap. I: *de causis pestilentiae* (f. 2) inc. *Antiqui medici uolentes de peste tractare uarias ipsius dixerunt esse causas.* Cap. VII: *quae corpora praeseruentur alteratione et de aliquibus anexis,* des. *Et precipue reuerti in domum, ubi fuerit mortuus aliquis pestilentiatus. Et sic est finis huius tractatus... perfectus die 5 oct., Foros. 1457, hora quarta noctis, laus Deo et gloriose Marie semper virgini, nec non beato Christoforo, aduocato meo et Sebastiano et omnibus sanctis. Amen;* praeeunt [1] (f. 1) *prooemium ad Octavianum Ubaldinum* (principem virum urbinatem), quod inc. *Cum sepenumero, illustrissime princeps, mecum ipse animaduerterem phisicorum doctrinam et scientiam* ac des. *perpetuam gloriam consequar atque laudem;* [2] (f. 1v) distinctio capitum: *Et quia ordo in rebus omnibus semper adhibendus est - Et primo de causis ipsius pestis discutiamus.*

Initiales maiores tum caeruleae, tum rubrae, initiales maximae aureae coloribus ornatae sunt. In folii 1 margine sinistro ornamentum ex intextis ramis et coloribus. In margine inferiore tessera gentilicia Octaviani Ubaldini. Ff. Ir et 35v-40 vacua. In f. Iv titulus manu suppari et possessoris nomen: *Codex Octaviani Vbaldini.*

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1431. An. 1606 (cf. f. 6v), chart., mm. 198×142, ff. I. 52 (+ ff. 6ab).

Zuccoli Ludovici, *faventini, de quantitate solis contra vulgatas astrologorum et philosophorum opiniones disceptatio.* Inc. (f. 7) *A via Pieridum peragro loca nullius ante trita solo, magnum opus moueo.* Des. *quod maxime in ys* (!),

quae de natura rerum et de eorum affectibus traduntur, optandum est. Finis; praeit (f. 2) auctoris dedicatio Francisco M^{ae} II, Urbini duci: *Cum multae sunt artes et doctrinae, serenissime princeps, quae genus humanum vehementer delectant - seruulum tuum precor habeas. Vale. Faventiae XIIII Kal. Iulii MDCVI.* (De auctore cf. Montanari, *Uomini illustri di Faenza,* Faenza. 1883, vol. I. p. II, p. 72 sq.).

Codex figuris nonnullis calamo delineatis ornatus est. Ff. I. 1^{v}. 6^{ab}. 48^{v}-52 vacua In tegumenti pagina I recta tesserae gentiliciae Pii X et Francisci de Paula Cassetta, card. bibliothecarii.

1432. Saec. XV ex.. membran., mm. 188×115, ff. I. 19.

Plutarchi *libellus docens quo pacto quispiam ab inimicis emolumentum capere possit ad Cornelium Pulchrum a Ludovico Odaxio, patavino, e graeca in linguam latinam conversus.* Inc. (f. 3^{r}). *Mansuetissimam uiuendi rationem seorsum a republica, Corneli Pulcher, elegisse te conspicio.* Des. *illorum imitatione non deteriores euadamus;* praeit (f. 1) interpretis dedicatio ad Guidum, Feretranum, Urbini ducem, quae inc. *Multas, illustrissime atque ingeniosissime princeps, antiquis temporibus extitisse respublicas historiae tradiderunt* ac des. *quin breui tempore in clarissimum et praestantissimum principem euadas. Vale.* (De interprete cf. *Archivio stor. Lombardo,* 1896, p. 355 sqq.).

Tituli rubri, initiales duae aureae coloribus ornatae sunt. Folii I quatuor margines eleganter ornati sunt lineis aureis, globulis floribusque, in margine dextero in duobus circulis insignia gentilicia vulgo *coppetta et hermellina,* Urbinatum ducum propria, in margine inferiore tessera gentilicia duabus aquilis, corona et insignibus pontificiis atque initialibus aureis G⟨uidonis⟩ D⟨ucis⟩ praedita conspicitur. Ff. I. 19^{v} vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1433 (olim 484, cf. f. 1). Saec. XVI, chart., mm. 213×141, ff. 1-114.

⟨Receptarium medicinae, chimiae, alchimiae et artium⟩. Receptae sunt 1-494. Prima « Affare andare via li pelli, che non renasceno più » inc. *Recipe noce, zoe quelle che e piccole, che non sono facte, e radelle bene, da poi pistale bene* - Ultima « A guarire la tignia » inc. *In prima radi molto bene lo locho dė la tignia* ac des. *e guarirà in tre setemane e questo è prouato;* sequitur (f. 95) index contentorum ordine alphabetico: *Azuro mazinando 2 - Zallo da colorir letere 59.*

I. In ff. 113^{v}-114 calami probationes et aliae receptae et notula: *A dì 12 di marzo 1571. Io non feci quadragesima per la purgazione, e fu con licenza de superiori.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII, pont. max.

1434. Saec. XV, membran., mm. 206×151, ff. 1-99.

Io. Martini ex **Ferarijs** *de Parma, phisici et militis, liber de evitandis venenis et eorum remediis,* partes I-II. Partis I[ae] duo sunt tractatus, partis II[ae] tractatus I-VII. Partis I tractatus I inc. (f. 7) *Quantum igitur ad primum dico auctoritate Auicene Sex. 4. cap. I: Qui timet uenenari sibi caueat ab assumptione ciborum.* Caput 41 tractatus VII, 2[ae] partis des. *Et de quolibet bezar iam supra expediui tractatum in cura cuiuslibet ueneni in fine, et ideo non oportet amplius recapitulare. Ideo nota etc. Deo gratias. Amen;* praeeunt [1] (f. 1) index capitum: I *De cibis et potibus euitandis ne in eis nemo decipietur;* ultimum *de distinctione Bezar;* [2] (f. 6) auctoris dedicatio ad *Franciscum Sfortiam, vicecomitem Mediolani...: Quom tam excelso loco sit uirtus tua, princeps illustrissime, ut eam et admirentur et uereantur omnes - si quem in tradendis preceptis ordinem seruaui exposuero, melius intelliges;* [3] (f. 6[v]) divisio operis: *Bipartita erit igitur hec institutio - unicuique suum bezar subiciendo.* (De auctore ac de aliis codicibus huius operis, cf. Affò - Pezzana, *Memorie degli scrittori e letterati parmigiani,* Tomo VI, p. II, Parma 1817, p. 418 sq.).

I. In f. 5[v] *Bartholutii Honofri* epistola donationis huius codicis a se transcripti *ad illustrem principem Federicum Urbini... comitem: Libellum de uenenis, quo illm̃us Mediolani dux noster a phisico haud ignobili - et in dies magis facturum spero. Vale ducatus decus.*

Codex, qui convenit n. 317 veteris indicis urbin., exaratus est a Bartholutio Honofri, uti patet ex epistola donationis. Tituli rubri, initiales maiores rubrae et caeruleae, initiales maximae aureae in campo nigro. Folii 6 margines ornati sunt lineis aureis, globulis et trifoliis ex auro et coloribus. In prima initiali Q, medicus, fortasse Ioannes Martinus ex Ferrariis, qui vas vitreum manu sinistra monstrat. Ff. 5[r]. 98[v]. 99 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xav. de Zelada, card. bibliothecarii.

1435. An. 1482 (cf. f. 2[v]). membran., mm. 196×136, ff. I. 11.

F. 4. **Aristotelis** *libellus de virtutibus per Kuriacum (Pizzocolli), anconitanum, e graeco in latinum versus.* Cap. I « Humanorum actuum divisio » inc. *Laudabilia quidem sunt quaeque bona, uituperabilia uero quaeque turpia sunt.* Conclusio (f. 10) des. *Omnia autem que sunt malitiae, et ea quae consequuntur eam uituperabilia sunt. Aristotelis de uirtute libri finis;* praeeunt [1] (f. 3) interpretis epistola ad *Paulum pergulensem, phisologium clarum atque integerrimum uirum: Quom hisce diebus una cum uiro nobili Zacharia Contareno patauina sua rura petentes - Vale et uirtutem ipsam Aristotelemque tuum lege;* [2] (f. 1) *Nicolai Gerardini de Lendenaria* epist. donationis codicis *Frederico, Urbini duci...: Quanquam, Federice dux sapientissime atque imperator inuictissime, dolui quod ob aduersam - Ferrariae ex cella libra-*

ria XI calend. septembris, nostri Domini anno MCCCCLXXXII. (Nicolaus Gerardini in epist. profitetur nonnullas definitiones addidisse, quae in codice Kyriaci deerant, et rubricas suo quoque loco inseruisse).

Codex, qui convenit n. 656 veteris indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales aureas lineis coloribusque decoratas. Compactum est una cum codice antiquum tegumentum coloribus ex aqua pictum.

Simplici membrana coopertus saec. XIX.

1436. An. 1571 (cf. f. I^v^), chart., mm. 198×130, ff. II. 65.

Cesareo Agostino *l'arte del navigare con il regimento della tramontana e del sole e la vera regola del flusso e reflusso delle acque, sotto breve compendio nuovamente ridotta;* omnino ut in cod. 1423, quem confer; nisi quod hic codex missus est ab auctore (f. 1) *Allo illm̃o et eccellentissimo signor Francesco Maria* (II) *della Rovere, prencipe d'Urbino...: Sogliono li buoni et ueri pittori, dopo fatta da loro alcuna figura - che po non cessarò di pregarle ogni felicità e conseruatione. MDLXXI;* (f. II^v^) son. *L'Alta cagion con prouidenza e zelo - E di saperlo Tifi non fu degno.*

Codex eadem manu scriptus et iisdem ornamentis praeditus, quibus cod. 1423.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1437 (olim 1349, cf. f. 1). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 200×135, ff. II. 31.

⟨Libellus chiromantiae italice⟩. Cap. I (f. 3) « Di quelli che hanno la natura di Saturno » inc. *Questi hanno più linee nel dito medio, che nelli altri, massime quando la linea saturnina ascende dalla rosetta in esso dito medio.* Cap. ultimum « Delli costumi dell'animō et dello ingegno » des. *significano huomo pazzo, leggiero di ceruello et infedele;* praeeunt (f. 1-2^r^) tres figurae manus cum lineis divisionum et eorum nominibus (cf. cod. 1451).

Ff. I. II. 2^v^ vacua.

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1438. Saec. XVII (seu an. 1612, cf. ff. 1. 87. 125), chart., mm. 176×138, ff. I. 134.

1. **Burri Christophori,** *soc. I., de astrologia,* partes I-II. Pars I *De astrologia contemplatrice...* Cap. I « De figura terrae (f. 6) inc. *Dicendum terram esse rotundam non quidem perfectissime;* cap. ultimum « De periodis motuum planetarum » des. *intercipiantur dies 29, horae 12, minuta 44 et* $^2/_3$; praeit (f. 1) prooemium: *Astrologia quae et astronomia sine ullo discrimine appellatur - 3° De orbium caelestium theoricis.* Pars II. *De astrologia practica,* cap. I « De temporum mutatione et lunariis conficiendis » (f. 93) inc. *Planetae in se neque calidi, neque frigidi, neque sicci.* Cap. ult. « De astrologia in medicinae usum » des. *apud quem Maginum etiam inuenietis de agricultura et nauigatoria,* se

quuntur planetarum et domorum figurae; praeit (f. 88) prooemium: *Astrologia practica, quae et iudiciaria, seu pronostica - de temporum mutatione et lunariis conficiendis.* 2 (f. 125). *Tractatus de horologiis.* Cap. I « De quadrante » inc. (f. 126), praeeunte figura quadrantis: *Primo ex centro A ducatur quarta circuli pars.* Des. *globus autem filo insertus simul cadat super meridianam;* (tractatus hic lacuna scatet); sequitur (f. 132ᵛ) *Tabula pro mensium descriptione seu menses ascendentes et discendentes.* (De auctore cf. Argelati, Bibliotheca scriptorum mediolanensium, 1, p. II, p. 238-239, sed nihil de eo apud Sommervogel).

Codex exscriptus est a *Gabriele Gallo,* uti habetur in folio 125. Tituli sunt in uniuscuiusque operis fronte, typis impressa: *In Milano appresso Nicolò Moioli 1612* (cf. f. 1. 87. 125).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1439 (olim 1027, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, chart., mm. 209×159, ff. I-170 (+ f. 168ᵃ).

Leonardi Bruni, aretini, isagogicon moralis disciplinae; **L. Annaei Senecae** de remediis fortuitorum et alia opuscula; sententiarum collectio; **Leonelli Estensis** oratio ad Sigismundum, Hungariae regem; **Bonioannis de Agnella** sermo et rubrica litterarum patentium; formularium cancellariae Philippi Mᵃᵉ Visconti; epistolae variae et carmina latina et italica.

1 (f. 1). **Leonardi Bruni,** *aretini, isacogicon moralis disciplinae* (seu introductorius de moribus, cf. cod. 1339, f. 1, ubi tamen aliter desinit). Inc. *Si ut uiuendi, Galeotte.* Des. *operam demus ut boni simul* (!) *uirtutesque exerceamus.* (Cf. Bandini, Biblioth. Laur. II, col. 512 et Mazzucchelli, *Scrittori,* 2, IV, p. 2210).

2 (f. 14ᵛ). **L. Annaei Senecae** ad Gallionem de remediis fortuitorum liber. (Opp. ed. Haase, Lipsiae 1902, supplementum, p. 44-45).

3 (f. 18ᵛ). Sententiarum collectio ex Senecae de moribus et aliis auctoribus, alphabetico ordine. Inc. *Alienum est omne quidquid optando euenit - Zellari autem hominibus uitiosum est;* subduntur paucae aliae sententiae ex Senecae tragoediis.

4. **Senecae** opuscula ¹ (f. 29) de paupertate, excerpta ex eius epistolis. (Opp. l. cit., p. 56-59). ² (f. 31). De moribus liber (l. cit., p. 60-65, sed post sententiam 142 aliter et fusius pergunt in cod. sententiae): *Cum iudicaueris amare, non cum amaueris iudicare. Disensio ab alienis incipit, a te autem reconciliatio - Nihil facias quod fecisse penitearis.* ³ (f. 35ᵛ). Senecae et s. Pauli apost. epistolae (l. cit., p. 74-79). Clauduntur subscriptione librarii: *Hec omnia scripta sunt in terra Casoli per me BonIohannem.*

5 (f. 39v). **Leonelli Estensis** oratio ad Sigismundum, Hungariae regem: *Cum tui celeberrimi nominis.* (Mittarelli, Bibliotheca ms. s. Michaelis Venetiarum, Venetiis 1779, col. 665-666).

6. **Bonioannis de Agnella** [1] (f. 40v) *sermo quando Alexander Sfortia, Mediolani dux assumpsit eum in cancellarium suum.* Inc. *Cum animo, magnifice domine atque ornatissimi ciues, mihi in hac uestra republica collata beneficia colligo.* Des. *ac tribuendum putetis.* [2] (f. 42). Epist. dedicationis (nulli inscripta): *Non elimatam, non grauem, ut tue dignitati conueniret - Vale, corige ac lima, datum ex Girifalco firmano.*

7 (ibid.). *Ianuensium epist.* (Philippo M^ae^ Visconti) *duci mediolanensi, post eorum rebellionem: Scimus, illustrissime princeps, quare motus nostros non miraberis quod tam lenti fuerint - Datum Ianue die XXVIII dec. 1435.*

8. ⟨Formularium cancellariae Philippi M^ae^ Visconti, mediolanensis ducis⟩. [1] (f. 44v). *Regniculis pro victoria capturae regis Aragonum.* (Osio, *Documenti diplomatici degli Archivii Milanesi,* Milano, 1872, 3, p. 130-131); [2] (f. 45v) *episcopo novariensi* (Bartholomaeo Visconti) *pro conflictu armate venetorum apud Cremonam: Audite, dilectissimi nostri, quam ample Deus negotia nostra dirigat - Datum Cusagi, die XXII iunii 1431;* deinde postscriptum et inscriptio; [3] (f. 46) eidem *pro gentium marchionis Montisferrati conflictu in valem* (!) *Pulcevere: Edocet per singulos dies magis gloriosissimus Deus noster pietatem - Cusagi, XII oct. 1431;* [4] (f. 47) eidem *pro coronatione d. imperatoris* (Sigismundi): *Maxima et diuina res est, dilectissimi nostri, que hoc sanctissimo festo inclite virginis Caterine - Abiate, XXV nov. 1431;* deinde: *faciendo proinde fieri - cum lectissimis sonitibus campanarum. Franciscus.* A tergo: *Reverende etc.;* [5] (f. 48) *praedicto episcopo nec non nobilibus, officialibus et castellanis ac universis civibus pro reditu Orlandi Palavicini ad devotionem domini ducis: Quicumque fidelis a naturali suo diuertitur - Mediolani VIII febr. 1432. Franciscus etc.* A tergo inscriptio; [6] (f. 48v) episcopo Parmae et commissario et ceteris pro conflictu gentium venetorum in valle Tolina: *Licet omnipotens - Cusagi 20 nov. 1432,* (ed. apud Osio, l. cit., 3, p. 96-97); in ms. tamen additur postscriptum: *Post hec precedentia habemus litteras a spectabili capitaneo nostro* (enumerat captivos) deinde: *Talianus uero... verisimiliter capitur, datum ut supra,* a tergo inscriptio: *Venerabili, magnifico etc.*

9. **Bonioannis de Agnella,** cancellarii Alexandri Sforza, rubrica litterarum patentium, quas ipse in ducis usum concinnavit. [1] (f. 50). *Littera familiaritatis et passus et ferendi arma Titio Antonii, de Bononia, datum ex Girifalco Firmano;* praeeunt inscriptiones seu tituli ducum Francisci et Alexandri Sforza, epistolis patentibus praemittendi; [2] (f. 51) *Ioanni de Bononia littera passus;* [3] (f. 51v) *Petro de Bononia littera passus et familiari-*

tatis - ex Girifalco Firmano, XX oct., 1436; [4] (f. 52) eidem *litt. passus pro bestiis conducendis ad usum domus domini;* [5] (f. 52v) eidem *litt. passus simplex;* [6] (f. 53) eidem *littera passus simplex in alia forma;* [7] (f. 53v) *Ioanni de Forlivio, utriusque iuris doctori, litt. passus simplex in alia forma;* [8] (f. 54) *fratri Angelo, ord. min., litt. capellaniae et passus;* [9] (f. 55) *fratri Ambrosio de Senis, ord. b. Mariae servorum, litt. capellaniae simplex;* [10] (f. 55v) *Petro de Bononia et Antonio de Arimino litt. assecurationis et salviconductus ad beneplacitum, non obstantibus represaliis concessis et concedendis - datum Firmi;* [11] (f. 56) *Antonio de Lucha, legum doctori, litt. salviconductus per V dies - ex Girifalco;* [12] (ibid.) *Iacobo et Petro de Faventia litt. affidationis et salviconductus;* [13] (f. 56v) *Antonio de Florentia litt. assecurationis et salviconductus non obstantibus debitis civilibus et criminalibus, sive represaliis;* [14] (f. 57) *Ambrosio de Prato litt. assecurationis concessae uni condemnato per omicidio - Firmi;* [15] (f. 57v) *Iacobo Petri de Firmo litt. assecurationis concessae uni bannito in alia forma - datum Firmi, Bonjohannes;* [16] (f. 58) *Ioanni, Petro, Antonio de Lucha litt. assecurationis, non obstantibus represaliis... - Firmi;* [17] (f. 58v) *Pandulfo de Teramo litt. salviconductus simplex;* [18] (f. 59) *nobili Philadelfo Papiani Corneliano litt. electionis officii podestarie* (Marchiae anconitanae) - *BonIohannes;* [19] (f. 59v) *Iacobo de Policastro litt. electionis notarii ad officium camere;* [20] (f. 60) *Francisco de Sandalo de Ferraria litt. electionis rectoris et officialis Beniuenti;* [21] (f. 60v) *Ioanni de Sozomanis de Forlivio, iuris doctori, litt. electionis iudicis curie generalis - Boniohannes;* [22] (f. 61) *Ioannis de Aliotis de Forlivio, iuris doctori, litt. electionis auditoris domini;* [23] (f. 61v) *Philippo Ioannis de Rechaneto litt. electionis castellani arcis Auximi - Bonioannes;* [24] (f. 62) *Paulo de Mantua litt. electionis castellani arcis Montiscalii - Boniohannes;* [25] (f. 62v) *Ser Ambrosio de Mediolano, notario, litt. electionis notarii curiae generalis - Boniohannes;* [26] (f. 63) *Iohanni de Forlivio, Angelo de Reate, Marioto de Perusio iudicibus, ad sindicandum d. Bernardum de sancto Severino, auditorem comitis Francisci Sfortiae;* [27] (f. 63v) *Philepho Corneliani litt. confirmationis officii potestarie terrae s. Severini;* [28] (f. 64) *Guaspari de Cremona, notario causarum appellationum curiae generalis, litt. confirmationis officii - Boniohannes;* [29] (f. 64v) *Iohanni Nicolani de Baratanis de Nursia litt. confirmationis potestariae terrae Amandulae - Boniohannes;* [30] (f. 65) *littera confirmationis officiorum in alia forma* (nihil nisi formularium praevium); [31] (ibid.) litt. confirmationis capitulorum cunctis hominibus Camarini (Feliciangeli, *Delle relazioni di Francesco Sforza coi Camerti,* in *Atti e Memorie d. r. Deputazione di storia p. per le Marche* (1908, p. 437-438); [32] (f. 66) *Francisci Sfortiae litt. represaliarum Bernardo, legum doctori, de terra Firmi contra Antonium et Petrum*

de Ravenna; [33] (f. 66[v]) *universis et singulis officialibus provinciae Marchiae litt. represaliarum pro fratre Ambrosio seu Angelo de Teramo, ord. s. Francisci;* [34] (f. 67) *litt. iustitiae pro debitorum exigendorum etc. pro Titio de Bononia;* [35] (f. 67[v]) *litt. iustitiae in alia forma pro Samuele et Isac hebraeis - Firmi;* [36] (f. 68) *potestati Rechaneti litt. iustitiae in alia forma ut procedat contra Antonium de Auximo propter furta aliaque inonesta;* [37] (ibid.) *officialibus Rechaneti litt. iustitiae in alia forma cum licentia capiendi Iacobum de Auximo in favorem heredum Petri Stephani de Firmo;* [38] (f. 68[v]) *officialibus Marchiae anconitanae litt. iustitiae concessae Ioanni de Tuderto, procuratori Ioannis, praefecti illm̃i domini, exigendi fructus quoscumque - Boniohannes;* [39] (f. 69[v]) *officialibus civitatis Auximanae litt. iustitiae in favorem Andreae, episc. civitatis auximanae, contra debitores;* [40] (f. 70) *Iohanni de Ulessis, potestati exinae civitatis, litt. concessionis inquirendi super quocunque maleficio, non obstantibus constitutionibus;* [41] (f. 70[v]) *ser Baptistae de Pigolotis litt. concessionis pro seditionibus tollendis in terra Gualdi;* [42] (f. 71) *universis officialibus comitatus ad taxam peditum cum balistis aliisque armis camerario trasmittendam;* [43] (f. 71[v]) *Bartholomaeo de Ancona litt. praeceptiva ut non se absentet de Marchiae gubernatione;* [44] (f. 72) *universis officialibus... ne gravent ad gabellas persolvendas Federicum, ord. camaldulensis, abbatem eccl. s. Helenae de Simo* (?) *camarinae dioecesis;* [45] (f. 72[v]) *civitati Camareni et s. Genesii ne lite pendente accedant ad quoddam territorium;* [46] (f. 73) *Antonio de Aliprandis, potestati terrae Amandulae, ne ulterius procedant contra Petrum Antonii de Bononia;* [47] (ibid.) *universis subditis litt. mandativa ut solvant taleas et aseptus;* [48] (f. 73[v]) *personis de castro Rovetino ut obediant locumtenenti civitatis Exculanae;* [49] (f. 74) *fratri Lucae, priori mon. s. Laurentii de Rotella, Antonello Salutti, Iohanni Saladini de Rotella ut veniant ad informandam curiam domini;* [50] (ibid.) *universis potestatibus... litt. mandativa ut nullus exportet oleum extra districtum civitatis firmanae sine licentia;* [51] (f. 74[v]) *universis officialibus... ut praestent auxilium Iuliano de Nodulfis de Florentia, Marchiae marescalcho;* [52] (f. 75) *officialibus ne dilapidarent bona Antonii Colucci, qui in comunitate Montisflorum occiderat quemdam Iacobum adulterum - Boniohannes;* [53] (f. 75[v]) *Antonio de Pialbene, iurisperito de Ferraria, epist. qua nominat eum procuratorem camerae et fisci;* [54] (f. 76) *Iohannae Francisci Sforza epist., qua nominat Ioannem de Tuderto procuratorem suorum bonorum mobilium et immobilium, quae fuerunt olim duorum de Chiavellis de Fabriano, existentium in civitate Maceratae, Montisluponi, sancti Severini et in aliis terris Marchiae;* [55] (f. 77) *Francisci Sforza* (epist.) *universis officialibus... ut possint omnes libere accedere ad civitatem Camerini*

et eius territorium et bona inferre et deferre cum civitatem illam in amorem suum restituerit - *Boniohannes;* [56] (f. 78) *iudicibus, ut differant ad duos menses actionem causae propter pestem;* [57] (f. 78ʳ) *officialibus iudicibus ut Petrus Vncoli de Florentia... gravari non possit nisi in curia generali;* [58] (ibid.) *iudicibus ut nullus appellans audiatur nisi facto deposito;* [59] (f. 79) ⟨de eadem re aliud edictum⟩ - *Boniohannes;* [60] (f. 80) *venatoribus et aucupatoribus ut capiant perdices, turdos, fasianos et alia animalia silvestria ad convivium, quod Iohanna, illmi ducis mulier, parare vult civibus dignis ac dominabus firmanis* - *Boniohannes;* [61] (f. 80ʳ) *locumtenentibus, potestatibus... ne propter adventum armigerorum ducis victualia ultra pretium ordinarium vendantur* - *Boniohannes;* [62] (f. 81) *communitatibus, terris, rectoribus, potestatibus... ut praestent auxilium et favorem marchioni Estensi in proximo eius adventu ad partes Marchiae* - *Boniohannes;* [63] (f. 81ʳ) *communitatibus et gabellariis ut Lazarum de Burgo, servitorem fidelissimum ducis, per provinciam pertransire et redire permittant absque aliqua gabellarum solutione;* [64] (ibid.) *Iohanni de Bononia epist. bonae familiaritatis et servitii;* [65] (f. 82) *Iosiae et Catarinae de Acquaviva ob suspicionem Francisci Piccinini per Marchiam cum eorum hominibus et bestiis transeuntibus licentia conducendi* - *Boniohannes;* [66] (f. 82ʳ) *alia licentia similis Antonio de Forlivio conducendi duo centenaria pecudum;* [67] (ibid.) *hominibus castri s. Petri licentia extrahendi de Firmo et eius districtu quaecumque animalia praeter carnes porcinas;* [68] (f. 83) *Alexandri Sforza Silvestro de Fabriano, viro religioso, licentia exercendi medicinam in terris provinciae;* [69] (ibid.) *Tadeo Antonii licentia extrahendi de terra montis s. Mariae in Cassiano XX salmas frumenti et hordei et conducendi ad terram s. Severini;* [70] (f. 83ʳ) *potestatibus... ut adiuvent Lucam de Castroficando ad inveniendum pulcdrum illi furtive subtractum;* [71] (f. 84) *Antonio Vincentii de Luca litt. familiaritatis et passus;* [72] (f. 85) *Alexandri Sforza Iohanni de Pagnana et Antonio de Frazana litt. credentialis;* [73] (ibid.) eiusdem *Costantino de Silvestris litt. bonae licentiae et boni servitii* - *Ex Girifalco Firmano XXIIII ian. 1439* - *Boniohannes;* [74] (f. 85ʳ) eiusdem *Galeatio d. Iohannis de Campagnano de Mediolano litt. bonae licentiae et boni servitii;* [75] (f. 86) *Antonuccio de Monterubiano litt. mandativa ad exigendum a comunitate civitatis Camareni;* [76] (f. 86ʳ) *officialibus ut Paulum de Fano fugitivum capiant;* [77] (ibid.) *litt. confirmationis capitulorum civitatis Auximi;* [78] (f. 87) *ut omnes de terris comites debeant relinquere stipendia Francisci Piccinini et accedere ad stipendia Francisci Sforza;* [79] (f. 87ʳ) *edictum ut super omnibus causis supersedeatur ob adventum ducissae Blancae Mariae, consortis Francisci Sforza ducis;* [80] (ibid.) *nominat d. Benedi-*

ctum de Gambacurtis, famosum legum doctorem, commissarium in terra Fabriani cum plena potestate; [81] (f. 88) *ut haeretici et incantatores e provincia expellantur;* [82] (f. 88^{r}) *Francisci Sforza Perusino litt. passus sine solutione alicuius datii et padagii.*

10 (f. 89). **Sigismundi** (romanorum et Hungariae, Boemiae regis) copia litterarum transmissarum comuni Florentiae, dum applicuisset Lucae, habitis duabus coronis in Liguria, et vellet Romam tendere ad coronam auream capiendam. (*Deutsche Reishstagsakten unter Kaiser Sigismund,* Gotha 1900, *zehnter Band erste Hälfte,* p. 361-363); (f. 90^{r}) *Florentinorum* responsio; *datum 22 junii* (l. cit., p. 363-365).

11 (f. 92^{r}). ⟨Collectio sententiarum⟩. Inc. *Fortis est in asperis non turbari.* Sequuntur sententiae ex s. Gregorio, Aristotele, magistro sententiarum, Salomone, Seneca, Flacco, Terentio, Ecclesiaste, Augustino, Theologo, Ambrosio, Georgio, Ovidio. Des. *Felix illa necessitas quae nos ad meliora compellit.*

12 (f. 96). ⟨In imaginem Crucifixi, s. Mariae et s. Ioannis⟩ (hexastichon): *Virgo dollet florem, dilectus plorat amorem - Pro mundi vita sum resuscitatus ita.*

13 (ibid.). ⟨Genealogia consanguineorum Christi⟩ (in ms. *De nativitate Christi et aliquorum apostolorum): Anna sollet dici.* (Chevalier, Repertorium hymnologicum, n. 23006).

14 (f. 96^{v}). *Complexiones hominum* (hexam. 1-8): *Sanguineus: Largus, amans, yllaris - fictus rarique coloris.* (Bandini, Biblioth. laur., 3, col. 78).

15 (ibid.). In feniculum (distichon): *Bis duo dat maratrum - ac vixum reddit acutum.*

16 (ibid.). *Septem aetates mundi: Prima fuit ab Adam usque ad Noe - et durabit in aeternum bonis et mallis.*

17 (f. 97). ⟨**Domenico Cavalca** *sonetti 1-30 sulle stoltizie che si commettono nelle battaglie spirituali*⟩. (Ed. Giov. Bottari, *Cavalca, Disciplina degli spirituali,* Roma 1757, p. 268-297).

18 (f. 104^{r}). ⟨Sententiae 1-9, omnes cum clausula *quid inde*⟩: *Si fortuna me tollat ad astra quid inde - Seruat ergo quisque Deo quoniam satis inde.*

19 (ibid.). Distichon: *E fert aut a quisquis descendit ab Eua - A dat Adam genitorem, E dedit Eua parentem.*

20 (ibid.). ⟨Cantio ternario metro in v. Mariam⟩ (in ms. *facta per Dante): Ave regina madre del tuo padre - Non disprexiando la santa via.*

21 (f. 105). *Canzon morale facta per uno luchexe. Io talor col pensiero tanto fisso / Mi trascoro per lochi obscuri et hermi - Che son caxon de spingermi in fondo.*

22 (f. 106^{r}). *Versi come la nostra donna (Maria) fu profetizata: Serena*

donna regina del cielo / Verzene madre pura senza maculla - Serena donna regina del ciello.

23 (f. 109ᵛ). ⟨**Antonio Beccari** (cf. Bini, *Rime e prose del buon secolo...* Lucca 1852, 26⟩ (in ms. *Alia ave Maria): Ave Diana Stella, che conduci.*

24 (ibid.). Praecepta iuris: *Honeste uiuere...,* et iustitiae definitio.

25 (f. 110). *Alia ave Maria* (ternario metro): *Aue Maria, dona uniuersale / Il tuo concepto santo e amirabile - Mia in uita e in morte per vostra cortexia.*

26 (f. 110ᵛ). ⟨*Epitaphium pro marchione Nicolao Estensi,* cf. f. 135⟩: *Leta domus, genitor, fratres, natique, sodales.* (Cf. Bandini, Biblioth. Laurent. II, col. 203; quem tamen latuit nomen viri de quo agebatur).

27 (f. 111). *Pater noster* (paraphrasis): *Pater noster, Dio omnipotente / De tute le cose unico fattore - Cuius presentia consolemur, amen.*

28 (f. 112. ⟨Morum corruptelae deploratio⟩: *Ognihom per questo canto / Inuito meco a pianto / Del doloroso stato de sta uita - In ueder ogni stato sì imutato.*

29 (f. 115ᵛ). **Pseudo-Bernardi** epist. de cura (rei) familiaris epist. ad Raymundum, dominum castri Ambrosii (in ms. *ad quendam nobilem;* M. Patr. lat. 182, col. 647-651; de auctore cf. Hauréau, *Notices et Extraits de quelques mss. latins de la Bibliothèque Nat.,* Paris 1890, p. 334-337; cf. cod. 1392, f. 66).

30 (f. 117ᵛ). *El vangelo de s. Iohanne in versi.* Inc. *Nel principio era il Verbo e quello Verbo era.* Des. *E Yho Christo gia de questo dono.*

31 (f. 118). *Sonetto notabile* (de vanitate rerum): *De passa tempo in sto mondo fallace - Mi sempre mai laudare e Iddio pregare.*

32. *Florentinorum epistolae 1-2:* Francisco Sforza, mediolanensium duci, qui petierat centum lanceas; ¹ (f. 118ᵛ) *de civitate aretina.* Inc. *Magnifice Frater... Non credimus vostram magnificentiam ignorare miseriam ciuitatis aretine.* Des. *cunctis temporibus afferent. Datum Florentie;* ² (f. 119) *de reversione dictarum gentium: Magnifice frater: Redeunt ad vestre magnificentie presentiam nobiles uiri Eucrardus Siulfer miles et Azzo de Seruarana cum gentibus - Datum Florentie.*

33 (f. 119ᵛ). *Morbassani* imperatoris turchorum epist. pontifici: *Nuper auribus nostris intonuit quod in parte Italie ad preces et postulationes populi venetorum in basilicis vestris fecistis publice divulgari, quod quicumque sumpserit arma contra nos - Datum anno Machometi VII XLV in tntroitu mensis Caldei, idest Ianuarij.*

34 (f. 120ᵛ). *Litterae imperialis celsitudinis Franciae: Tenuit actenus indubitanter nostra fiducia quod inter imperium et regnum longo tractu temporis mutua dilectione firmata nulla posset oriri materia, odium et scandalum paritura - vestris calcaribus perurgeri.*

35 (f. 121). *Littera responsiva regie serenitatis litteris. Imperialis excellentia intellexit quod si non haberent in mediis condicionis instantiam fuissent fortasse apud nos propositum consecute - tenet Augustus qui ad cexaris augustus nitebantur* (!).

36 (f. 121^{v}). *Aliae litt. regis Francorum: Carolus regis Francorum filiis...: Habuimus in consideratione sedula probate in multe deuotionis vestre constantiam - nostrum uobis favorem et auxilium impertiri.*

37 (f. 122). Aliae litterae regis Franciae (Caroli II, andegavensis) Petro regis Aragonum filio: *Si de sane mentis consideratione librata lance iustitie - poterunt a potentia mirifici mei exercitus absentare.*

38 (f. 124). Petri responsio: *De magna tui cordis arrogantia superba manavit epistola - et effusio sanguinis innocentium.*

39 (f. 126). *Litterae transmissae romanis, ut eligant summum pontificem: O Roma felix que tantorum potes gestorum memoria gloriari. Nonne uides principis apostolorum humi iacere neglectas - ut ex isto particulari regimine consequatur honorem.*

40 (f. 128^{v}). Sonetum (caudatum) missum ad summum pontificem a quodam in carcere detento: *Speranza, fede, carrità, Signore.*

41 (ibid.). ⟨*Antonio Buffone*⟩ *responsio pontificis: Dove manca bontate.* (Allacci, *Poeti antichi,* Napoli 1661, 14).

42 (f. 129). *Moralia quaedam* Senecae, Lucani, Ysidori, Sallustii, Salomonis: *Qui per posse sursum tendit contra uelle post descendit - Est in loco tuto melius stare quam euagare.*

43 (f. 130). *Versus notabiles* (in quatuor evangelistarum symbola, hexametri 1-4). *Verbigenam memorans aquilé gero membra Iohannes;* subditur *Sum sacer Andreas cruce, quem dapnavit Egeas.*

44 (ibid.). *Versus s. Ambroxii: Peccaui cessare vollo - propter gaudium celli quod expecto.*

45 (f. 130^{v}). *B. Bernardi*, clarae Vallensis, meditatio super Salve Regina. (M. Patr. lat. 184, 1077-1080, inter supposititia s. Bernardi; alibi tribuitur s. Anselmo lucensi, M. 149, 583-590, sed in ms. ab ambabus recensionibus differt).

46 (f. 135). ⟨Hymnus de indulgentiis concessis ab aliis et a papa Iohanne in invocatione Iesus et Mariae⟩: *Quando Ihesus nominatur / Et Maria memorat - Dies confert totidem.*

47 (ibid.). *Epitaphium pro illmo marchione Nicolao Estensi;* hic iterum sed emendatum; (cf. f. 110^{v}).

48 (f. 135^{v}). *Carmina notabilia* (sententiae versibus et prosa oratione): *Quod vitare nequis constanti substine mente - substantia curta.*

49 (ibid.). ⟨Stellae, quae in unoquoque mense ortae variam temperantiam

aeris adducunt⟩. « Ianuarius » inc. *Die quarto oritur stella nomine Eldram et fuit forte tempus per dies VI* - « December » des. *suprascripti dies sunt nullius eventus.*

50 (f. 136^{v}). **Nicolò d'Este** *canzon morale* (utrum amare sit bonum aut malum): *Non perchè sia bastante a dichiararte / Signor mio caro il dubio domandato - Quivi sta la fin di me consilgi.*

51 (f. 139). *Sonetum* caudatum (accipere uxorem esse maximam expiationem peccatorum): *Santo Bernardo a Cristo ha domandato.*

52 (f. 139^{v}). *Altra canzone* (in amasiam crudelem): *Sperdasi ogni human senso e fuga via.*

53 (f. 141). ⟨Figura ad sciendum⟩ *quis prius moriatur an vir aut uxor.*

54 (f. 141^{v}). ⟨Alia figura ad sciendam⟩ *conceptionem primogeniti.*

55 (f. 142). ⟨Definitiones multarum virtutum⟩. I « Quid est iustitia » *Iustitia est habitus animi - Clementia est per quam... communitate retinetur.*

56 (f. 142^{v}). ⟨Planetarum nomina et versus 1-3⟩. *Saturnus falcem, fulmen fert Iupiter arma - cupidas fert luna sagittas.*

57 (ibid.). Verba ad vitandam malam mortem.

58 (f. 143). Sententiarum collectio, laudantur: Aristoteles, magister sententiarum, Salomon, Flaccus, Petrarca, Socrates, Augustinus: *Difficile est fidem frangere et violare naturam - Malignorum proprium est per fas et nefas.*

59 (f. 143^{v}). Definitiones verborum in iudiciis civilibus adhibitorum: *Quid est iudicium - Permutatio est unius rei per alteram vicaria prestatio.*

60 (f. 144). Sententiarum manipulus versibus et prosa inter alias ex oratione *Thomae di Campouago* 1443, *in odium causidicorum* « sententiae in domo magistri *d. Cichi* militis; versus in sacrilegos, versiculi contra potentiam demonis, versus dati a demone sancto Bernardo, oratio quando elevatur corpus Christi, versus Virgilii(?) etc... »: *In controversiis causarum corporales inimicitie oriuntur - querat nisi vincere posse.*

61 (f. 145^{v}). *Contra dominas in senectute ductas: Veder te possa o vechia stomachoxa.* (Differt aliquantum et aliter des. quam ed. Costa in *Gior. Stor. della Lett. ital.*, XIV, 1889, p. 36).

62 (f. 146). ⟨Res faciendae vel fugiendae in unoquoque mense, tres hexametri in singulos menses⟩: « Ianuarius » *Frangere crura caue cum luna uidet aquosum* - « December » - *ver est quod durat in ipso.*

63 (f. 146^{v}). *De nativitate filiorum secundum dies lunae.* Inc. *Luna prima qui natus erit erit longe uite.* Des. *perficient in sua vita.*

64 (f. 147^{v}). *Quatuor virtutes cardinales* (tres hendecasyllabi in singulas): *Io son prudentia, suauissima madre - Esempio prehende, la mente turbata.*

65 (f. 148). *Septem peccata mortalia* (tres hendecasyllabi in singula): *Io son superbia furioxa e cruda - venirlo fo a gran rixia* (cf. *Propugnatore,* 22, 1889, II, 352, et Gnaccarini, *Indice delle antiche rime volgari,* Bologna 1909, nn. 341. 343).

66 (ibid.). ⟨Omnia tempus habent⟩ *sonetum: Tempo è da udir ciò che hom parla - Cum tempo e staxone le cosse conuen fare.*

67 (f. 148ᵛ). *Condita per d. Franciscum Petrarcham* (i. e. nomina et officia novem scientiarum, unaquaeque tribus hendecasyllabis expressa). « Gramatica » *Gramatica son io che ho la uia - E Seneca de mi ful principale.*

68 (f. 149). **Giorgio Anselmi** (in ms. *Andrea da Pixa) canzon morale: Circumspecto, prudente e caro amico* (Casini, *Tre nuovi rimatori del Trecento, in Propugnatore.* N. S. I. p. II, pag. 111-115).

69 (f. 151). *Fratris* **Archangeli** *de Neapoli, ord. observantiae fratrum minorum, de proprietatibus quatuor elementorum* (etiam in corpore humano, ogdoades 1-8). *Quatro son li helementi principali - Et è più suo che d'altrui deffecto;* clauditur subscriptione post iteratum nomen auctoris: *dum pergeret Pontremulum...*

70 (f. 152). *Salve regina* (paraphrasis, ogdoades 1-12). *Nui salutiamo vui alta regina - Tute possano in paradixo gire.*

71 (f. 153ᵛ). *Oratio quando elevatur corpus Christi* (ogdoas): *Signore che pilgiasti carne humana.*

72 (ibid.). *Oratio ad sanguinem: Cristo a li toi discepoli dicesti.*

73 (f. 154). *Pater noster* (paraphrasis, ogdoades 1-11): *O padre nostro sancto, glorificato - Amen dicamo e Dio sia benedito.*

74 (f. 155). *Oratio s. Bernardini* (seu ad s. Bernardinum): *Letetur plebs fidelium - fructus penitentie faciamus.*

75 (f. 155ᵛ). Credo in Deum patrem ecc. « Petrus » *Credo in Deum patrem omnipotentem / Petro lo disse nel suo confessare.* - ultimus « Simon » *Vitam aeternam poi disse Simone / Mathia lo confirmò per dire Amen / Lo credo ho fornito a vostro honore.*

76 (f. 157). Oratio ad Mariam virginem (cantio, vulgo *sestine* 1-26). Inc. *Amore tanto più non posso dire;* praeit adprecatio: *Matre de Cristo summa mia speranza / A vui ricorro piena di pietanza.* Des. *Come che facemo e hauemo uxanza.*

77 (f. 159ᵛ). ⟨**Puccino** da Pisa⟩ *lamento de Pixa: Pensando e rimembrando il dolce tempo - A Dio per questo gratie rendo.* (Cf. Gnaccarini, *Indice delle antiche rime volgari a stampa,* Bologna 1809, II, n. 56; in ms. tamen differt ac fusius protrahitur hoc carmen quam in ed. Manzi).

78. Soneta 1-17. [1] (f. 163ᵛ). ⟨**Bindo Bonichi**⟩: *Un novo modo de viver fra la gente.* (Cf. *Giornale storico,* l. cit., II. 123: [2] (ibid.) **Pucciarello** *di Firenze: Per*

consilgio te do che de passo (Gnaccarini, l. cit., II, n. 94); [3] (f. 164) ⟨contra fratres religiosos⟩: *Chi ne la pelle del monton fasciasse;* [4] (ibid.) ⟨querella de mala fortuna et paupertate poetae⟩: *Fortuna e povertà son ambe unite;* [5] (f. 164v) in ecclesiasticos: *Tutti li abbati son beuitori;* [6] (ibid.) *contra aurifices vel qui archimiam* (!) *faciunt* ⟨sonetum caudatum⟩: *Cum reuerentia a vui maestro d'arte;* [7] (f. 165) *per donna onesta: La vostra honestade col pelegrin costume;* [8] (ibid.) ⟨ad eandem⟩: *La iusta intelligentia del vostro naturale;* [9] (f. 165v). ⟨poetae querellae⟩: *Qual magior pensiero, qual affanno;* [10] (ibid.) ⟨item⟩: *Io ho pensato e penso, e de pensar me stancho;* [11] (f. 166) ⟨item⟩: *Io ho pensato e penso, nè lo impossibile;* [12] (ibid.) ⟨contra voluntariam necem⟩: *Qual peccato mortale al mondo se po fare;* [13] (f. 166v) ⟨contra peccatores⟩: *O presumptione temeraria, superba e bestiale;* [14] (ibid.) ⟨contra hypocrisim⟩: *Per ricoprire una sua gran vergogna;* [15] (f. 167) ⟨nihil Deum latere⟩: *Non pensando in questo seculo nostro;* [16] (ibid.) ⟨item⟩: *È niente commesso, che a Dio non sia noto;* [17] (f. 167v) ⟨in hypocritas⟩: *Che vale esser per catiuo conosuto.*

79 (ibid.). ⟨De hominis nobilitate hexam. 1-6⟩ : *Nobilitas hominis mens et deitatis imago.*

80 (f. 168). **Bonioannis Agnella** ⟨litterae bonae licentiae et boni servitii d. doctori Nicolao Castanea de Napoli de mandato communitatis Saxoli, ducatus mutinensis⟩ - *Datum Saxoli, XX mensis iulij 1467, ind. XV.*

81. Soneta 1-2. [1] (f. 169). ⟨Poetae querellae de amicae crudelitate⟩: *O li xignoli, o rondine, o serene;* [2] (ibid.) *Soneto morale: O tu che sei deh non far il superchio.*

82 (f. 169v). Prophetia de carnisprivio ac de quadragesima: *Veniet rex C.* (carnisprivium) *hilaris et iucundus.*

83 (ibid.). *Ad honorem dei Bacchi* hexametri leonini 1-14: *Ad potum primum purgo de gutture limum - quare linfatur ita.*

84 (f. 170). *Sonetum* (caudatum, ploratus et querellae): *Spande la luce tua uerso oriente.*

85 (ibid.) *Pro paupertate* (seu contra paupertatem son. caudatum): *O pouertà di ciacum uitio regno.*

Codicem scripsit Bonioannes de Agnella, notarius ferrariensis, ut ex pluribus subscriptionibus colligitur. Ff. I. 122v-123. 168a. 170v vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1440. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 215×162, pp. IV. 138.

Del Leone, della Cicogna, del Delfino, delle Api. 1 (p. 1). *Del Leone*, inc. *Il leone, come è noto a ciascuno, è animal terrestre,* des. *come lo uidde opporglesi fiero et horribile con le setole drizzate se ne fuggì.* 2 (p. 25). *Della Cicogna*, inc. *La cicogna che sia animal terrestre, et appartenga al ge-*

nere degl'uccelli, non ha dubio alcuno, des. *da molte altre loro operationi narrate di sopra chiaramente si raccoglie.* **3** (p. 35). *Del* *D e l f i n o ,* inc. *Ancorche per hauer il delfino fra tutti gl'animali una natura molto particolare,* des. *come le ricevessero con molta festa et allegrezza.* **4** (p. 69). *Delle* *A p i ,* inc. *L'api sono del genere degli animali terrestri, che non participano nel sangue,* des. *molt'altre cosé restarebbero a dirsi, che per troppa lunghezza si tralasciano.* In pagg. III-IV index capp. *Genere et spetie car. 1. - costumi car. 127.*

Paginae I-II. 24. 34. 67. 68. 136-138 vacuae.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1441. Saec. XVI, chart., mm. 235×170, ff. I. 29.

Viani de' Malatesti Fulvio *da Montefiore, della nobiltà dell'architettura, discorso fatto nella congregazione di Urbino.* Inc. *Si come il più delle uolte, ill*[re] *sig. presidente e virtuossissimi ss. congregati, suole auuenire a coloro, che presumendosi.* Des. *la noia c' haucte sentita nell'ascoltarmi, faccio fine al presente discorso;* sequuntur tres conclusiones.

Ff. I. 1ᵛ. 29 vacua. In f. 2 initialis maxima calamo delineata, in campo aedificia et arbores.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1442. Saec. XV, chart., mm. 219×144, ff. I. 123 (+ ff. 89ᵃᵇ).

1 (f. 1). **Raymundi Lulli** quaestiones super libros sententiarum P e t r i L o m b a r d i (in ms. *Ars generalis seu quaestiones super sententias*). Inc. *Raymundus Parisius studens statumque mundi huius* etc. (Opp. Moguntiae 1729, IV, p. 1-119).

2 (f. 91). **Petri Degui seu Dagui** (in ms. ... *de Givelle montisalbi)* ianua artis magistri R a y m u n d i L u l l i . Inc. *In nomine Iesu in quo omne genu celestium terrestrium et infernorum flectatur.* Des. *non discretione numeri sed tamen convenientiae. Impressum Romae. Anno MCCCCLXXXV.* (De aliis edd. cf. Torres-Amat, *Escritores Catalanes,* Barcelona 1836. p. 206 sq., nec non Copinger, *Supplement,* n. 1868).

3 (f. 100ᵛ). ⟨Censorum ecclesiasticorum iudicium de praedicto opusculo ad pontificem, I n n o c e n t i u m VIII (?)⟩. Inc. *Beatissime pater. Post pedum oscula beatorum sepius fuimus cum magistro Petro Dagui* (?) *ut uideremus intellectum, quem dedit tractatui edito in doctrina Raymundi Lulli.* Des. *quam nos uniformiter laudamus;* subiciuntur nomina sex censorum.

4 (f. 102). **Raymundi Lulli** ars brevis, quae est imago artis generalis... (in ms. *seu Raymundina).* Inc. *Ratio quare facimus istam artem brevem.* Des. *Pisis in monasterio s. Dominici, Anno 13VII. Subicitur tabula.* (Saepissime ed.

cf. Hauréau, *Raimonde Lulle* in *Histoire Littéraire de la France,* XXIX, Paris 1885, p. 236).

Codex duabus manibus scriptus, prima manus antiquior ff. 1-89, secunda reliqua folia post annum 1485, ex libro impresso (cf. ff. 100 et 121). In prima parte initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae. In prima initiali aurea media imago Raymundi Lulli, capite radiante. Ff. I^{v}. 89^{a-b}. 90. 121^{a}-123 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1443. Saec. XVI, chart., mm. 207×145, ff. 1-76.

Rogerii Baconis et aliorum opuscula medicinalia.

1. **Rogerii Baconis,** ord. min., [1] (f. 3) De retardatione accidentium senectutis et senii et conservatione quinque sensuum... Inc. *Domine mundi qui ex nobilissima stirpe.* Des. *et equalis complexionis in corpore toto.* (Iuxta Anecdota oxoniensia, Oxford 1902, p. 395, nota 10, impressus est Oxonii 1590). [2] (f. 27^{v}). Antidotarium. Inc. *Post completum utilis scientiae medicationis tractatum.* Des. *quo colera rubra purgetur.* (Cf. l. cit., p. 393). [3] (f. 38). De graduatione medicinarum compositarum *et est demonstrativus, quia fundatur super regulas geometriae.* Inc. *Omnis forma inherens recipit intentionem.* Des. *aut facta collatio ex omnibus partibus est difficilis plurimum.* (Cf. l. cit.).

2 (f. 39^{v}). *Expositio seu declaratio praedicti tractatus per unum alium magistrum sapientem in mathematica.* Inc. *Expositio capituli de gradibus, ut uera cognitio gradus.* Des. *et scies quid est faciendum in omnibus consimilibus.*

3 (f. 48^{v}). ⟨**Rogerii Baconis**⟩ (in ms. *anonymi) de erroribus medicorum secundum Baconem.* Inc. *Vulgus medicorum non conoscit suam simplicem medicinam.* Des. *in libris Plinii et alibi multis modis.* (Cf. Anecdota cit., p. 396).

4 (f. 64^{v}). ⟨Eiusdem ?⟩ *theorica extracta de libro VII Serapionis, qui est antidotarium suum.* Inc. *Necesse est illi, qui uult componere medicinas secundum quod oportet.* Des. *Et sic est finis huius tractatus nobilis.* (Opusculorum, si nn. 2 et 4 excipias, editionem parant Withington et Little; cf. Little, *Roger Bacons Works with references to the mss and printed editions,* p. 400, in opere quod idem edidit: *Roger Bacon Essays... on the occasion of the commemoration of the seventh centenary of his birth,* Oxford 1914).

F. 1. *Iulii Balnei* epist. (saec. XVI-XVII) Francisco Mariae II, Urbini duci, qua dono mittit codicem: *Libellus, quem tua inspicit celsitudo, e tenebris erutum - iterum atque iterum uale.*

Tituli rubri, initiales nigrae sed ut plurimum desunt. F. 2 vacuum.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1444. Saec. XVII, chart., mm. 268×196, ff. 1-44.

Raimondo Lullo (!) *la clavicola.* Inc. *Il presente libro è chiamato clavicula, senza il quale nessuno potrà uenire a cognitione di tutti li nostri altri libri.* Des. *se ne potria fare cosa alcuna che fosse buona.* (Latine tantum, ut mihi videtur, editum opusculum, et perperam Raymundo Lullo tributum, de edd. lat. cf. Hauréau, *Hist. Litt. de la France.* Paris 1885, vol. XXIX, p. 284).

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1445. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 230×165, ff. 1-45.

Beni Raphaelis, *urbinatis,* (philippini) *quaestio de octimestrium partuum vita.* Inc. *Magnum equidem, ut optime (omnium consensu) Mercurius Trismegistus asseruit miraculum est homo.* Des. *nec non philosophorum principe Aristotele deleantur;* praeit auctoris dedicatio: *Francisco Mariae II, urbinatium sexto duci, optimo ac sapientissimo: Si tuam, serenissime princeps, amplitudinem, maiestatem, si meam alia ex parte exilitatem - et doctissimo principe digna recepturus.*

Ff. 1v. 43v-45 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. B. Pitra, card. bibliothecarii.

1446. Saec. XVI, chart., mm. 214×152, ff. 1-21.

Collenutio Teodoro (Pandulphi filii) ⟨de ratione et ordine discendi disciplinas⟩ *all'illmo Guido Baldo II, duca quarto d'Urbino* (ad usum Francisci Mariae eiusdem filii). Inc. *Molti forse uorranno riprendermi, o chiamarmi presuntuoso di questo scriuer mio.* Des. *e la fortuna ossequente ministra dell'humane attioni.*

Ff. 1v. 21 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1447. Saec. XVI, chart., mm. 232×162, ff. I. 22.

Viani dei Malatesti Fulvio, *da Montefiore, discorso intorno alla fortificatione di Pesaro, et in particolare della rocca, all'illmo et eccssmo sig. duca d'Urbino* (Francisco M^ae II?). Inc. *Egli è uero, illmo principe, che non si deue già mai commettere un male e sia per qualsiuoglia interesse.* Des. *Con che facendole riuerenza la prego felicità et essaltatione.*

In f. 1 litt. initialis E campis et arboribus calamo delineatis ornata est. In ff. 7v. 10v 17.v 20v adglutinatae sunt chartae cum delineationibus castrorum et armorum. Ff. 1v. 22v vacua.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1448. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 202×134, ff. 1-24.

Disputatio de monstris. Inc. *Dicturi de monstris quae obliquitates quaedam naturae sunt, primo loco dicemus de causis rectitudinis.* Des. *novit collecta a Plutarco lib. V de placitis philosophorum non inerudite.*

F. 24v vacuum.
Simplici membrana contectus saec. XIX.

1449 (olim 191, cf. tegumenti dorsum). An. 1606 (cf. f. IIv), chart., mm. 220×163 ff. III. 65.

Gozzi Nicolai Viti, *ragusini, ex academia insensatorum, breve compendium in duo prima capita tertii de anima Aristotelis.* Inc. *Cum aliqua de perfectiori particula animae nostrae in tertium de anima Aristotelis pertractare decreuissem.* Des. *quae fantasmata, quia coniuncta sunt materiae intelligibilia non fiunt; de his hactenus;* praeit (f. II) auctoris dedicationis epistola Francisco Mae II, Urbini duci: *Si ulla tempestate uera fuit illa diuini Platonis sententia - Ragusii 1606.*

Ff. Iv. III. 64v. 65 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVII in.

1450. Saec. XV-XVI, chart., mm. 200×152, ff. I. 49.

⟨De alimentis simplicibus et eorum virtute, pars tertia tantum et etiam imperfecta⟩ (in ms. *Fragmento de semplici alimenti).* Inc. prologus: *Qui comenza la terza parte nella quale tractaremo de semplice cose, cioè a dire che tracta de tutte le cose che lomo conuen usar per uiuere e della natura loro e complexione.* Cap. I. *Del pane* etc. *El pan de formento...* Abrumpitur ad cap. *De tutte marnere de cerese: Le cerese enno fredde e humide e solute / Collera rossa abassa et sua calura / Come brugne mature è sua natura.* (Sunt commentaria in carmina quae praemittuntur litteris rubris singulis commentariis).

Codex exscriptus est littera rotunda cum titulis et initialibus rubris. F. Iv vacuum.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1451. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 210×152, ff. I. 60.

Chiromantia, libellus italice. Inc. ac des. omnino ut in cod. 1437.

Codex fuit olim Victorii Venturelli, uti habetur in subscriptione f. Iv. *Ex dono Victorij Venturelli, il quale però si riserba l'uso di quella.* Ibid. nota de situ nonnullorum codicum manu *Flaminii Catellani,* bibliothecarii Francisci Mae II, Urbinis ducis. Ff. Ir. 2v. 3. 59. 60 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1452. Saec. XVI, chart., mm. 302×198, ff. 1-39.

⟨De esse et essentia corporum ac de essentia intentionali sive logicali libri 1-2⟩. Lib. 1 inc. *Quarta divisio de esse suppositi substantiarum caelestium corporum, in qua aperiam occultam intentionem totius libri. In*

substantiis autem caelestibus reperitur esse essentiae et existentiae, sicut in aliis creaturis eadem comparatione ad Deum (in hoc libro loquitur etiam de esse et essentia mineralium, vegetalium, animalium et accidentium) ac des. *De esse ergo et essentia accidentium dictum est.* Lib. II (f. 34) *de esse et essentia intentionali sive logicali* inc. *Ex quo autem in superioribus tractatibus,* des. *Domino dirigente, quem benedicam in saecula saeculorum.* (Videtur pars operis amplioris praediti experimentis chemicis, alchimisticis, arcanis et incredibilibus, domino duci cuidam, cf. f. ultimum, fortasse Francisco M^ae^ II Urbinati dicati).

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1453. Saec. XVI-XVII, chart., 297×204, ff. I. 17.

Pomis (de) David (ben Isaac) *fisico hebreo* 1 (f. 2) *discorso sopra il libro di Iob.* Inc. *Conciosia che spesse uolte si uede il reo non poco godere et il giusto molto tribulare.* Des. *celebratissimo essempio a tutti quei c' hanno uera confidenza nel creatore del' uniuerso;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio *all'illmo... card. Gaetano* (Henrico), *camerlingo del beatissimo pontefice: La bontà diuina, illmo e revmo monsignore, ordinò diuersi sacrificii - et a suo uoto felice.* 2 (f. 7^v^). *Breve discorso sopra la limosina e la povertà.* Inc. *La limosina tanto uigor tiene nel cospetto della maestà diuina.* Des. *e delli molti anni che mi aggrauano;* praeit (f. 7) dedicatio *al serenissimo Marin Grimani, principe di Venetia* (1595-1605): *Consacrai già, molt' anni sono, serenissimo principe, alla beata memoria dell'illmo e revmo Giovanni Grimani, già patriarca d'Aquileia... una mia operetta, fatta sopra l'Ecclesiaste - per la quale pregherò sempre longhissima e felicissima uita.* (De auctore cf. *The Jewish Encyclopedia,* New York and London, 1905, Tom. X, p. 122 sq.).

Ff. I^v^. 6^v^. 27^v^ vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVIII-XIX.

1454. Saec. XVI, chart.. mm. 308×204, ff. 1-68.

II. *Lectiones* (1-12) *in metaphysicam Aristotelis* (ad mentem d. Thomae). Incipiunt. *Libros Aristotelis, in quibus ea philosophiae contemplatiuae pars, quam ipse sapientiam quandoque, quandoque primam philosophiam, interdum etiam theologiam nuncupare solet.* Desinunt: *est quidem causa ipse uisus, ut nos melius cognoscamus ut scientiam.* (Impugnatur suessanus, i. e. Augustinus Nifi).

Ff. 67^v^. 68 vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1455. Saec. XVI, chart., mm. 312×223, ff. 1-220.

Ianuae de Passeriis Marci Antonii; Abracii; Meliorati Remigii; Madiis (de) **Vincentii;** anonymorum lectiones et commentaria in Aristotelem et Averroem.

1 (f. 3). **Ianuae seu Genova de Passeriis M. Antonii** lectiones 3-37 et 45-85 *in quatuor priores libros physicorum. Pataui, nonis nov. 1541.* Lectio III « Quaestio de ordine scientiarum » inc. *Quaeritur quem ordinem teneat naturalis philosophia inter reliquas scientias speculatiuas.* Lectio LXXXV des. *sic legatur et non lynon, uerum lynos;* desunt tamen lectiones 64. 72. 78. 79. 82. 84. (Editae sunt iuxta Vedova, *Scrittori Padovani,* Padova 1832, 1, p. 457 sqq., sed ed. non vidi).

2 (f. 132). **Abracii,** *philosophi excellentissimi,* super libros priorum *analyticorum lectura* « Propositio est oratio » inc. *Propositio est genus analogum, et quia genus analogum nihil aliud est.* Abrumpitur in figura syllogismi quae vocatur « *Daraperti* » vv. *conuersione minoris uero reducens ad primam probat bonum.* (Defenditur Paulus Venetus).

3 (f. 150). ⟨In περὶ ἡρμενείας lectiones I-VII⟩. Textus inc. « Primum oportet ponere quid sit nomen » lectio: *Antequam ueniamus ad expositionem textus quaedam sunt praelibanda, sine quibus difficile erii intelligere.* Postrema textus verba « Enunciatiua oratio est in qua uerum et falsum discernitur » Expositionis finis: *et ex corporea constitueret corpus, ex incorporea autem intelligentias.* (Citantur Boetius, Porphyrius, Ammonius, d. Thomas).

4 (f. 158). **Meliorati Remigii** (in ms. *clarissimi et eximii logici primi domini... praeceptoris mei colendissimi in commentum II Averrois magnum aurea expositio et alia de medio demonstrationis).* [1] (f. 158). ⟨Expositio et dubia in Averrois magnum commentum II libri I posteriorum analyticorum Aristotelis, cf. Aristotelis opp. cum comm. Averrois, vol. I, f. 131ᵛ, Venetiis 1552⟩. Expositio inc. *Postquam posuit et continuat commentator in hac prima parte.* Des. *sunt potissime demonstrationes.* Dubia (f. 158ᵛ) incipiunt: *Haec Averroes de hac re; etsi res non expostulauerit,* desinunt: *Contradictiones huius removendae sunt de quibus alias.* [2] (f. 159ᵛ). *Quaestio de medio demonstrationis* inc. *Aristoteles 2° posteriorum, capitulo 8, dixit in demonstrationibus tradentibus causam et esse rei.* Des. *quomodo fiet definitio.* (Cf. alterum eiusdem auctoris de demonstrationis medio termino commentarium, ed. Lucae 1554 apud Vincentium Busdracum).

5 (f. 166). ⟨Expositio in cap. I primi libri physicorum Aristotelis, sive de philosophia naturali et eius subiecto, lectiones 1-4 imperfectae⟩. Prima lectio inc. *Dicit philosophus. 4 meth. X quaestione, prima notitia debet esse terminorum, ideo quum simus philosophi turpe est ignorare quid sit philosophia.* Lectio 4 abrumpitur: *Ideo Plato uocauit philosophiam coniecturalem, quia prin-*

cipia cognoscuntur a posteriori. Dicimus ad hoc argumentum... (Laudantur Simplicius, Porphyrius, Bagolinus, Zimara etc.).

6. **Madiis (de) Vincentii,** brixiensis, ⟨expositio in nonnullos locos physicorum Aristotelis et in commentarium Averrois lectiones 1-8⟩ (in ms. *Excellentissimi et clarissimi domini... in primum phisicorum aurea expositio 1538, die 5 decembris).* [1] (f. 172). In librum I, cap. I textus 1-8 (cf. Aristotelis opp. cum comm. Averrois vol. 4, f. 4^r^-5^r^) lectio 1 inc. *Brevitas temporis et amor meus erga uos omnes postulant ut dimissis superfluis.* Lectio 8 des. *ut docte dicebat preceptor Zimara, naturales proportiones sunt uerae ut in pluribus.* [2] (f. 182). In I libr. capp. 5-6 textus 41-51, lectiones 1-4 (cf. vol. cit., f. 13^v^-15). Inc. lectio I « Melius autem » *Continuantes hunc textum secundum Ioannem grammaticum.* Des. lectio IV. *ideo dicimus quod principium in substantia est causa aliorum.* [3] (f. 190). In librum II capp. 1-2, textus 1-16 (cf. vol. cit., f. 23-26), lectiones I-II. Lectio I inc. *Ioannes grammaticus quasi conformiter Simplicio iungit librum hunc 2um cum superiori.* Lectio II des. imperfecte: *propria autem in propriis scientiis et sic in...*

7. **Ianua (de) Marci Antonii** [1] (f. 205) *complementum quaestionis de forma corporis.* Inc. *Duae sunt in praeterita lectione positae quaestiones pro determinatione quaesiti.* Des. imperfecte: *statim cum haec Averroes dixerit subiungit...* [2] (f. 207). ⟨Iterum⟩ *complementum quaestionis de forma corporis* (fragmentum prioris quaestionis).

8 (f. 211). *De cena et prandio* (seu quaestio utrum abundantius manducandum in cena, an in prandio). Inc. *Restat dubium ex quo cerebrum calidum redditur a vaporibus et cibis et potibus calidis.* Des. *cena debet esse lautior.*

Codex variis manibus scriptus plura folia vacua praefert.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1456. Saec. XVI, chart., mm. 309×230, ff. I. 233 (+ f. 48^a^).

Mercenarii Archangeli; **Pendasii** et aliorum quaestiones in Aristotelis opp. de generatione et corruptione ac de anima; breves annotationes in Porphyrium.

1. **Mercenarii Archangeli,** *marchiani, lectura in I Aristotelis de generatione et corruptione* (usque ad textum 44). Inc. *Consueuerunt expositores omnes circa initia quorumcumque librorum octo praemittere quae a graecis prolegomena dicuntur.* Abrumpitur: *corpora naturalia, que per se dicuntur habere locum, in sequenti diffinitione 12 caput perficiemus.* (De hoc auctore cf. Papadopoli, Hist. gymnasii patavini, Venetiis 1726, 1, p. 328).

2 (f. 48). ⟨Cantio italica, contra saeculi vitia⟩: *Alto Signor che nel superno choro / Ciò che fassi quaggiù scorgi depinto - Qual foco in esca el suo uigor non perda;* sequitur f. 48^a^-49 adumbratio eiusdem cantionis.

3 (f. 50). *Quaestio de motu mixti, lectio XX.* Inc. *Textu 7° et 8° primi de caelo dixit Aristoteles simplicem motum esse simplicis corporis.* Des. *plumbum in se includit plures partes terrestres, quam terra diuisa ob causam assignatam.*

4 (f. 71). *Breves in Porphyrium annotationes* (in fine mutilae). Inc. *Ut Aristotelis praeceptum traditum ab Aristotele primo posteriorum, textu I, obseruemus, ubi habetur nullum esse doctrinae aut disciplinae genus.* Des. *Quia etsi quaelibet species praedicamentum substantiae habeat proprium... ad quartum potest responderi...*

5 (f. 81). *Quinta pars apologiae excellentissimi* **Pendacii**, *seu quaestiones,* « utrum omnis anima pertineat ad naturalem » et utrum intellectus cognoscat singularia ». Incipiunt: *Iam triennium elapsum est ex quo publice sunt interpretatae XI sec. 3ⁱ de anima.* Des. *et ad quidditatem quidditatis in qua quiescit.*

6 (f. 92). *Lectura* in I Aristotelis de anima usque ad textum 17, (lectiones 1-30, deficiunt lect. 3. 18-22) et fragmenta quaedam in libr. II. Lectura in lib. I inc. *Nihil aeque humanum est, auditores, atque homo ipse, neque homini potest esse aliquid coniunctius, quam unusquisque sibi ipsi.* Des. *de quibus Aristoteles sermonem fecit textu 17;* infra initiales; **L. D**, (nescio utrum auctoris an scribae); fragmenta in libr. II (f. 219) incipiunt: *Aggressurus sum expositionem 2ⁱ libri de anima et quoniam uideo hoc nec commode mihi successurum esse* Desinunt: *intellectum non distingui ab aliis, ita ut habeat propriam partem.*

In f. I index contentorum manu saec. XVII. Ff. Iᵛ. 60ᵛ. 85ᵛ vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1457-1459. Saec. XVI, chart.

Ianuae seu Genova de Passeribus Marci Ant. commentarii in Aristotelem.

I. **1457** (olim 330, cf. tegumenti dorsum). An. 1544 (cf. f. 1), mm. 235×162, ff. 1-237.

Commentarium in I. II et partem III libri physicorum, lectiones 1-78, collectae ab eius discipulo *Fidele Fideli, pisaurensi.* Lectio I inc. *2° nonas novembris. Entia quae a natura sunt concepta sunt omnia quae sensibus subiacent.* Lectio 78 in textum 75 Aristotelis « Motus et actus entis » des. imperfecte *quia semper minimorum actio fuit ab agente. 2ª fuit opinio.* Desunt lectiones 69 72. 77, spatiis relictis, et ante singulas lectiones signantur dies, quibus illae lectiones locum habuerunt.

Inter unam et alteram lectionem interdum folia vacua uti etiam ff. 1ᵛ. 236ᵛ. 237.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

II. **1458** (olim 326, cf. tegumenti dorsum). Ann. 1542-1544 (cf. ff. 5 et 257), mm. 214×160, ff. 1-315.

1. *Commentarium in librum III de anima,* lectiones 1-84, *collectae ab eius discipulo Fidelio Fidele, pisaurensi.* Lectio prima (f. 2) inc. *Principium*

totius uniuersi unum esse constat ut 12° metaph. docet philosophus, quia pluralitas mala est. Lectio 84 des. *in alimentis non mouemur dilectione ad hoc ut nutriamur ex his* (?). *Finis 3ii de anima ad laudem et Dei benedictionem.* (Desunt lectiones 14 et 79, lectiones autem 77. 78 positae sunt post 80; singulis porro lectionibus praeponuntur dies, in quibus habitae sunt et interdum eventus signantur, quorum causa lectiones aliquando locum habere non potuerunt; (cf. eiusdem professoris in tres libros de anima commentarii, ed. Venetiis apud Damianum Zenariis et socios 1576, quos tamen ad manus non habui). 2 (f. 257). *Super VIII libro physicorum, lectiones 1-10 ab eodem discipulo collectae an. 1544.* Lectio 1 inc. *Textus p. 5:* « Utrum autem » etc. *pro introductione huius 8i tria debent declarari, primum de quo sit intentio.* Desunt lectiones 4. 8 et 9 et lectio 10 *de aeternitate motus* des. imperfecte: *quod non incipit, quare non repetend...*

Post multas lectiones inveniuntur folia vacua, praesertim ubi desunt lectiones; initio f. 1 et in fine vacua sunt ff. 287-315.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

III. 1459 (olim 328, cf. tegumenti dorsum). An. 1542 (cf. f. 4), mm. 205×158, ff. 1-302.

In I et II de anima, lectiones 1-93 (collectae ab eodem Fidelio Fidele, ut conici potest ex eadem scribendi ratione). Prima lectio inc. *Naturalium entium perfectissima animalia, perfectior omnium homo, qui sentit nutritur et intelligit.* Lectio 93 in textum 134 des. *quomodo comunia a propriis noscantur.* (Deest lectio 61, etiam hic uti in cod. superiore lectionum dies signantur et interdum eventus, quorum causa lectiones locum habere non potuerunt; (cf. editionem citatam operis eiusdem auctoris in codice superiore).

Post lectiones interdum folia vacua, uti initio ff. 1-3 et in fine ff. 277v-302.
Contectus simplici membrana saec. XVI-XVII.

1460. An. 1585 (cf. f. 1r), chart., mm. 268×197, ff. 1-129.

Fr. Mariani, *pisaurensis, ord. eremitarum s. Augustini,* ⟨summaria ac lucida expositio metaphysicorum Aristotelis⟩. Inc. *Quemadmodum philosophi intentio in tota metaphisica est cognoscere causas, principia, partes ac proprietates entis, quatenus ens est.* Des. *cum non bona sit pluralitas principatuum, cumque necessarium sit unum solum esse principem;* praeit auctoris dedicatio Francisco Mae II, Urbini duci: *Quemadmodum, serenissime dux, sacri theologi miraculum esse affirmant, quod in Dei genitrice - Pisauri die tertia ianuarii 1585.*

Ff. 128v. 129 vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX, pont. max.

1461 (olim 329, cf. tegumenti dorsum). An. 1540 (cf. f. 2), chart., mm. 280×200, ff. 1-147.

1 (f. 2). **Genuae** ⟨seu de Ianua, seu de Passeriis **M. Antonii**⟩, *patavini, notata quaedam aurea a* F i d e l i o F i d e l e *collecta in illius commentario super librum I et II* A r i s t o t e l i s *de caelo et mundo.* Incipiunt: *Primo circa difficultatem de subiecto huius libri pro defensione opinionis ipsius Simplicii.* Abrumpuntur ad textum 45 libri II, vv. *et etiam quia quae natura sunt non erunt casu.* (Lacunae in commentario textus 4[1] et omnino comment. deest in textu 5. 9. 10. 33-75. 89. 90. 103-105 libri I et in textu 20 libri II. (De auctore et opere impresso cf. Papadopoli, Hist. Gymnasii patavini, Venetiis 1726, 1, p. 314).

2 (f. 76). **Stephanelli Hieronymi**, patavini, notata a F i d e l i o F i d e l e, eius discipulo in illius lectionibus super libros (I et II) A r i s t o t e l i s de anima. *an. 1540.* Inc. *Quaeritur igitur super primo textu primi de anima quomodo scientia de anima in primis ponenda sit.* Notata super textum 100 libri II desinunt imperfecte: *philosophus dixit de animalibus duri oculi quod non indigent detectione, sed...* (Lacunosus libellus; de professore autem Stephanelli Hieronymo cf. Facciolati, Fasti gymnasii Patavini, Patavii 1757, 2, pp. 283-288. 291. 309).

Ff. 1. 72-75. 143v-147 vacua.
Smplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1462 (olim 332, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 277×207, pp. I. 444.

Pereyra Benedicti, *valentini,* e soc. Iesu, 1 (p. 2) ⟨Prolegomena in l o g i c a m, partes I-II⟩. Pars I. *De nominibus huius facultatis* inc. *Haec facultas nominatur a latinis scriptoribus disputatrix.* Pars II des. *si quae a Porphyrio uerbosius dicta sunt paucioribus uerbis complectentes ad breue compendium redigeremus;* praeit (p. 1) praefatio: *Vere ac sapienter, ut omnia, illud ab Aristotele in 2° Met. scriptum fuit - quem primum omnium declaraturi sumus.* 2 (p. 73). ⟨P o r p h y r i i libellus de quinque vocibus in compendium redactus⟩. Inc. *Quoniam cognitio generis, differentiae speciei, proprii et accidentis.* Des. *Ad categorias enim Ar. accedendum est, quae maiorem operam, studium atque diligentiam requirunt.* 3 (p. 101). *Annotationes super librum peri Herme(nias)* A r i s t o t e l i s. Incipiunt: *Quae est materia huius libri. Respondeo... Cum sit triplex enunciatio.* Desinunt: *hoc genus argumentorum libenter usurpat.* 4 (p. 115). *Disputationes in libros priorum* A r i s t o t e l i s. Incipiunt: *Subiectum horum librorum est syllogismus.* Desinunt: *Atque huius quidem prioris analytici prioris hic sit finis.* 5 (p. 197). *Annotationes in libros posteriorum* A r i s t o t e l i s ⟨et in comm. A v e r r o i s⟩. Incipiunt: *Vetus illud quidem ac peruulgatum est, sed uere ac sapienter dictum.* Desinunt in comment. 48 libri I, vv. *praeterea si praemissae sunt necessariae, ergo maior et minor.* Se

quuntur (p. 347) *disputatio de varietate demonstrationis et annotationes in librum II posteriorum Aristotelis*, quae desinunt: *Sed quia tota vis demonstrationis pendet ex definitione subiecti.* 6 (p. 365). *Annotationes in lib. topicorum Aristotelis.* Incipiunt: *Aristoteles in lib. post. tradidit methodum conficiendi demonstrationes.* Desinunt: *ut de inuentione aliarum rerum, quae praetermissae fuerunt ab Ar., uerba faciemus.* 7 (p. 401). *Paraphrases* (et sententiae ex octo libris) *topicorum Aristotelis.* Incipiunt: *Haec doctrina topica primum diuiditur in duas partes.* Desinunt: *edocet Aristoteles duobus libris Elenchorum, quos deinceps nos pari breuitate et perspicuitate explicaturi sumus. Finis.*

Paginae 1. 72. 346. 364. 400. 416. 441-444 vacuae.
Simplici membrana contectus saec. XVII.

1463. Saec. XVI, chart., mm. 224×170, ff. 1-222.

⟨Lectiones 1-41 in Aristotelis librum I analyticorum posteriorum usque ad cap. 16 et in Averrois expositionem maximam in eundem librum usque ad comm. 138; cf. Aristotelis opp. cum Averrois comm., Venetiis 1552, 1, ff. 128-172r⟩. Lectio I [1] (f. 2) praemissis *Ammonii* (rectius Philoponi) verbis in Aristotelis praedicabilia « Etsi anima plane... » inc. comm. in Philoponi verba: *Antequam ad textus interpretationem accedamus duo agemus.* ac des. *uel conceptus rei mediantibus partibus intentionis;* [2] (f. 9) interpretatio in Averrois praefationem, (cf. ed. cit., f. 12av) super librum posteriorem analyticorum seu lectio III quae inc. *Declarata Amoni* (!) *praefatione sequitur 2a pars - quia scientia de demonstratione primo loco ponenda est;* [3] (f. 13) expositio textus Aristotelis « Omnis doctrina... »: seu lectio IV inc. *Examinatis capitulis illis quoniam istis;* Lectio 41 des. *immo naturalis et necessaria.*

Codex ex variis quinternionibus compositus opera discipuli cuiusdam, qui scriptura compendiaria usus est.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

1463 A (olim 1625, cf. f. 2). Saec. XVI, chart., mm. 202×148, ff. 1-49.

⟨Expositio mutila textus Aristotelis libri I analyticorum posteriorum a cap. 2° seu textu 5° ad 32 seu textum 43, cf. S. Thomae Aquinatis opp., Romae 1882, 1, p. 149-313⟩ (in ms. *Super lectiones libri posteriorum).* Inc. *Dico quod Aristotelis dictum, quod subiectum debet praecognosci quia est, habet ueritatem in quacumque demonstratione.* Des. imperfecte: *et ab ipso a ad f., sed reuera...*

Simplici membrana contectus saec. XIX.

1464. Ann. 1565-1566 (cf. ff. 51. 52), chart., mm. 220×175, duobus voluminibus constans, I. ff. 1-198; II. ff. 199-393.

Pendasii Federici lectiones in l. II et III physicorum Aristotelis, Patavii habitae an. 1565-1566, collectae et scriptae ab Almerico, discipulo quodam (cf. f. 2).

1 (f. 3). *Prolegomena de subiecto totius scientiae naturalis, lectiones 1-7.* Lectio I inc. *Maxima apud grauissimos interpretes est dubitatio quodnam sit subiectum naturalis philosophiae.* Lectio VII des. *Et haec de quaesito satis dicta sint. Finis fuit... pridie kal. Novembris 1565.* 2 (f. 52). *Super primum physicorum; domi, die XIIII novembris, 1566.* Lectiones 1-34. Lectio I inc. *Credo uos huc adiisse ut audiatis philosophiam.* Lectio 34 in textum 82 des. *quod in 2° agit de forma corruptibili et generabili.* (Desunt lectiones a 15 ad 23). 3 (f. 163). *In secundum physicorum,* lectiones 1-39. Lectio I inc. *In expositione huius 2ⁱ libri physicorum non discedam a methodo.* Lectio 39 des. *Et hoc absolvi usque in finem* (desunt lectiones 33. 34). 4 (f. 319). *In III physicorum* lectiones 1-12. Lectio I inc. *In hoc 3° Aristoteles duo absoluit, alterum est motus.* Lectio 12 in textum 20 des. *Est igitur motus alter actiui et passiui quatenus tales etc.* 5 (f. 381). *Quaestio de actione et reactione,* seu lectiones XIII-XIV. Inc. *Textus 8 tertii libri phys. Aristotelis. Quoniam quaedam eadem sunt actu et potentia.* Lectio XIV des. *aquam unius ulnae.*

Codex scriptus ab Almerico quodam veneto, uti eruitur praesertim e notula ab eo apposita in f. 144. In f. 1 manu posteriore index contentorum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ant. Tosti, card. bibliothecarii.

1465 (olim 353, cf. tegumenti dorsum). An. 1566 (cf. ff. 2. 89^{v}), chart., mm. 195×132, ff. 1-296.

Ricaserii Ioannis (cf. f. 143), *florentini, opuscula in logicam.* 1 (f. 3). ⟨Progymnasmata in logicam, capita 1-4⟩. Caput I post indicem capitum « an logica sit scientia » inc. *Notandum est ex Aristotele 3° metaphisicorum, capite primo, textu primo ubi ait, uolentibus habere aliquid facultatis.* Cap. IV « de subiecto logicae » des. *rationis formalis et materialis.* (Opusculum mutilum et lacunosum). 2 (f. 21). *Annotationes in Porphyrium de quinque vocibus.* Inc. *Quis sit author operis, quod sit institutum authoris in hoc opere.* Des. *diligentissima opera nauandum est si quis in logica proficere cupiet.* 3 (f. 56). *Annotationes in Aristotelis praedicamenta.* Inc. *Ante interpretationem operis praemittenda sunt quaedam comunia, pro uniuersa logica Aristotelis.* Des. *quo ad nostrum institutum maxime spectare putauimus. Deo optimo maximo...* 4 (f. 108). *In libros de interpretatione.* Inc. *Quinque tamen sunt praemittenda ante huius libri explicationem, primo loco de subiecto horum librorum.* Des. *cuius utilitas omnibus potest facile apparere.* 5 (f. 125). *In*

libros priorum analyticorum. Lib. I inc. *Quatuor capita praemittemus ante hos libros, primo de subiecto horum librorum.* Lib. II des. *In alio uero loco libram* (!) *integram* (!) *de hoc componit. Finis impositus undecimo maij* (lacunae). 6 (f. 143. *In posteriorum analyticorum, auspicatus XIV die mai. 1566.* Lib. I inc. *Quatuor sunt praemittenda. 1° de subiecto horum librorum. 2° de inscriptione. 3° de ordine. 4° de diuisione.* Lib. II imperfectus abrumpitur ad cap. X *com. II° et in quesito de...* 7 (f. 267). *In libros* (I et II) *topicorum.* Lib. I inc. *Quatuor sunt praemittenda; primo de subiecto, 2° loco de ordine.* Lib. II des. *Haec sunt omnia quae continentur in hoc secundo libro.* 8 (f. 279). *Annotationes in sextum topicorum.* Cap. I « de locis ad construendam definitionem » inc. *Definitio quinque modis potest construi.* Des. *Atque ita logica absoluta est die 24 augusti anno Domini 1566 a patre Ioanne Ricasero, florentino, philosophiae professore.*

Ff. 1. 2. 7-12. 22-24. 124v. 227v. 233. 249-266. 290-296 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1466 (olim 416, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 223×164, ff. II. 200.

De communibus ac praecipuis locis dialecticis ad cuiusuae propositae rei disputationem valde accomodatis tractatus. Capita 1-47. Cap. I. « Quid locus dialecticus, quid argumentum ab eo ductum » inc. *Propositum nobis est (inquit Aristoteles primo Topic. initio) methodum inuenire.* Cap. 47 « Ab appositione et ablatione », des. *dicitur esse octonarius. Haec enim non suscipiunt magis uel minus.* Sequitur (f. 197) *index locorum. A. Ab ablatione, f. 192. Ab analogia, 147 - Ab usitatis, 84.*

Ff. I. II. 1v. 199v-200 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1467 (olim 670, cf. tegumenti dorsum). An. 1567 (cf. f. 2), chart., mm. 206×135, ff. 1-369.

Toleti Francisci et aliorum commentaria in Aristotelis primam partem logicae per Sardi Benedictum, soc. Iesu, collecta.

1 (f. 4). **Toleti Francisci** (soc. Iesu) *explicationes introductionis in dialecticam Aristotelis, collectae per Benedictum Sardum, in eiusdem societatis aedibus professorem.* Libri 1-5. Lib. I inc. *Galenus ad initium artis parue inter alias uias recte tradendi aliquam disciplinam.* Lib. V des. « de fallacia... » *quomodo aliquis plura interrogat, et uult sibi unica responsione responderi.*

2 (f. 47). *Prolegomena seu quaestiones in dialecticam, vel de natura dialecticae, ab eodem collecta.* Inc. *Diuiditur haec prima tractatio in tria praecipua membra.* Des. *Et in quorum primo explicabitur inuentio huius facultatis, de uariis quidem dialecticae nominibus ac de tota proinde prima hac tractatione dicta sint satis hactenus.*

3 (f. 92). *Commentaria in introductionem Porphyrii in dialecticam Aristotelis de quinque praedicabilibus, ab eodem collecta.* Inc. *Porfirius genere tyrius seu phoenix praeceptorem habuit Plotinum.* Des. *Et de numero quidem praedicabilium ac totius etiam porfirianae introductionis explicatione haec satis hactenus explicata;* sequuntur (f. 201) capita opp., quae describimus nn. 2 et 3.

4 (f. 203). *Commentaria in Aristotelis cathegorias.* Inc. *Haec ad praedicamenta Aristotelis praemittentur. Primo quae diuisio librorum Aristotelis.* Des. in cap. 5 « de habitu » *aut ut uxor maritum. Et de his satis.* Sequitur (ff. 358-359) index capitum totius commentarii. In f. 2 titulus generalis: *Commentaria in ea quae ad primam logicae partem spectant, diligenter et erudite ex uariis auctoribus collecta per M. Benedictum Sardum, philosophiae professorem in aedibus soc. Ihesu. 1567.*

Ff. 1. 2^{v}. 3. 45^{v}. 46^{r}. 202^{r}. 359^{v}-369 vacua.
Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

1468 (olim 469, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI ex., seu an. 1592 (cf. f. 1^{v}), chart., mm. 206×140, ff. 1-134 (+ ff. 22^{ab}. 55^{a}. 60^{a}. 74^{a}. 81^{a}. 88^{a} 98^{ab}. 105^{a}. 118^{a}).

Medicorum consilia in infirmitate Francisci Mariae II, Urbini ducis, an. 1592.

1 (ff. 1 et 13). ⟨Anonymi consilium, bis exaratum⟩. Inc. *Difficilis huius negotii ratio est, propterea praeclarissimi medici de eorum sententia requiruntur.* Des. *quam ne pedibus fatigetur.* (Primum apographum vix differt a secundo et in fine aliqua desunt).

2 (f. 23). Aliud consilium imperfectum (seu potius sola relatio morborum, quibus laborabat dux). Inc. *Ut omnis nostra oratio a ratione sumatur.* Abrumpitur: *et quod si minimum addatur in cibis offendatur uentriculus.*

3 (f. 31). Aliud. Inc. *Priusquam ad affectus praeter naturam explicandos accedamus.* Des. *materia enim quae putrescit facilius inhaeret et diu moratur.*

4 (f. 61). **Traiani Petroni Alexandri** consilium. Inc. *Haec sunt quae ad nos pro informatione peruenerunt.* Des. *ad quem et haec et alia omnia quae scripsi similiter defero.*

ceat esse facundum... Inc. *Rhetoricam esse partem politices affirmauit Aristoteles.* Des. *ciuilia praecepta illustrantur.* 6 (f. 29). *Quis delectus habendus in Tiberianis?* (sc. historiis). Inc. *Nulla lectio aeque periculosa est atque historiarum, cuius rei causa est, quod theatrum est uariarum actionum.* Des. *qui in Tiberio omnia suspiciunt, omnia suscipiunt.* 7 (f. 33). *An barbari sint natura servi?* Inc. *Audacter Aristoteles pronunciauit omnes barbaros natura esse seruos.* Des. *Cur uero dixit omnes barbaros esse natura seruos?* 8 (f. 40). *Quatenus barbari natura sint servi, quatenusque par sit graecos barbaris imperare.* Inc. *Abreptus calore disputationis multa protuli aduersus Aristotelem.* Des. *quam solem lucere in meridie.* 9 (f. 43). *An iusta sit lex, quae iubet victori parere victum?*. Inc. *Legem bellicam uoco eam, quam consensus gentium induxit.* Des. *quam nullum quieti relinqui locum.* 10 (f. 46). *An et cur solus homo natura sit sociabilis?*. Inc. *Soli homini tribuere ingenium societatis capax.* Des. *pro lubitu in aliis muneribus obeundis.* 11 (f. 51). *De communione uxorum; expenditur sententia Platonis.* Inc. *De communione uxorum platonica, ut agamus, praescribendum est, nos rem expendere.* Des. *Sed haec mihi satis esse uolo.* 12 (f. 58). *Confutatur socratica rerum communio.* Inc. *Communionem omnium rerum in rempublicam invehere conatus est Socrates apud Platonem.* Des. *et curam rei familiaris, mercaturae insuper haberi.* 13 (f. 63). *Quid sit libertas apud politicos, quid servitus?*... Inc. *Libertatis et seruitutis frequenter faciunt mentionem politici atque historici.* Des. *contra fas iusque parere unius hominis impotenti dominationi.* 14 (f. 67). *Usu propugnaculorum hodie firmari imperia. Cur hodie non deducantur coloniae*... Inc. *Ut firmarent imperium apud exteras nationes romani colonias deducebant.* Des. *regiones, quas occuparent, donauerat.* 15 (f. 72). *De coloniis ad remotissimas regiones non deducendis*... Inc. *Quaesiuerim an operae pretium sit ab europaeis populis in Americam.* Des. *quos omnes solent neruos belli appellare.* 16 (f. 76). *Quis sit proprius finis religionis in republica et cur ei prosit?*... Inc. *Cui bono praecipue instituta sit religio disputandum hic est.* Des. *catholica, quae sola uera religio est et sola religio meretur uocari.* 17 (f. 83). *Cur religio habeat vim magnam in animis hominum?*... Inc. *Quaerendum hic nobis est, cur religio maximam habeat uim.* Des. *ac si pro ueritate pugnarent.* 18 (f. 88). *Philosophica seueritate et religione quorumdam augeri potentiam ostenditur*... Inc. *Philosophica seueritate et religione mirum in modum augetur potentia.* Des. *quae paratur philosophica seueritate et religione.* 19 (f. 95). *Comparantur inter se sacerdotium et regnum, quodnam dignius sit?*... Inc. *An sacerdotium siue cura sacrorum obtineat primum locum.* Des. *quorum dignitas et fastigium reges infra se relinquunt.* 20 (f. 105). *Non unam olim in imperio romano fuisse religionem*... *posse ferri varietatem sacrorum si commode tolli nequeat.* Inc. *An diuer-*

sitas religionum ferri possit, aut etiam debeat. Des. *religione impellente.* 21 (f. 113). *Olim non consuevisse nationes bellum gerere religionis causa...* Inc. *An religionis causa gerendum est bellum.* Des. *cum olim nihil eiusmodi... glisceret.* 22 (f. 118). *Quid dicant nonnulli ut ostendant neminem religionis causa extremo supplicio esse afficiendum.* Inc. *An extremo supplicio, hoc est morte, sint afficiendi illi.* Des. *seueritatem ecclesiae catholicae romanae, qua reprimit sectarios.* 23 (f. 123). *Sectarios, qui religionem catholicam oppugnant posse extremo supplicio affici.* Inc. *Quamuis praecedenti dissertatione multa prolata sunt.* Des. *reprimere eos qui secum non sentiunt.* 24 (f. 128). *Athenis et Romae floruisse varias philosophorum sectas, more tamen christiano non debere ferri, nisi quatenus religioni catholicae non adversantur.* Inc. *An quaelibet sectae philosophorum in ciuitate et republica.* Des. *legunt atque admirantur.* 25 (f. 135). *An superstitio prosit rebus publicis.* Inc. *Est superstitio immodicus modus religionis, neque enim ueteres superstitionem a religione diuidunt.* Des. *si periura sit, si depositum neget.* 26 (f. 142). *De formis publici regiminis...* Inc. *De speciebus regiminis quando agitur, frequentissime numerantur tres.* Des. *ponere lubet.* 27 (f. 151). *In rerum publicarum formis prope infinitos reperiri gradus...* Inc. *Cum hactenus rerumpubl. formas enumerauerim uideo superesse nodum.* Des. *quos alibi recensuimus.* 28 (f. 156). *Qua ratione inter se misceantur rerumpubl. formae.* Inc. *Quod inter se misceri queant rerum publicarum species.* Des *cum plebe communicata fuerit.* 29 (f. 161). *An resp. romana esset mixta ex tribus formis?.* Inc. *Grauissima potest esse quaestio.* Des. *licet raro significet regnum.* 30 (f. 168). *Disputatur adversus eos, qui mixturam rerum publicarum oppugnant.* Inc. *Misceri inter se posse et solere.* Des. *fas illis sit.* 31 (f. 177). *De imbecillitate parvarum rerum publicarum...* Inc. *Paruas respublicas infelices esse ausim affirmare.* Des. *de grauissimo argumento proferre non in medium lubuit.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1539. Saec. XVII, chart., mm. 283×203, ff. 105-160, mm. 268×190, ff. 1-160.

Gaudenzi Paganini 1 (f. 1) *Pseudoperipatus, sive de iis opinionibus, quae falso a nonnullis Aristoteli tribuuntur.* Cap. I « De periculo quod imminere videtur iuventuti si Aristoteles, quantus est explicetur; agitur de ratione interpretandi philosophiam, qua utuntur patres societatis Iesu » inc. *Nunquam in Germania aut etiam Gallia et Hispania ea plane ratione expositus est in scholis Aristoteles, ut consueuit fieri ab Italis.* Cap. LII seu ultimum « Peripatum affirmare omnem formam substantialem informantem extendi ad extensionem materiae et interire dissoluto composito » des. *neque unquam Peripatus*

largiretur immortalem formam posse coire cum materia ad compositi constitutionem. 2 (f. 109). Idem opus aliena manu et meliori forma scriptum, clauditur tamen subscriptione manu auctoris: *Finis Pseudoperipati;* praeit index capitum in ff. 107-108.

Folia 1-108 auctoris manu. Ff. 1ᵛ. 105. 106ᵛ. 159ᵛ. 160 vacua.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1540. Saec. XVII, chart., mm. 279×199, ff. 1-184.

Gaudenzi Paganini *de sacra et prisca enucleatione, miscellum volumen.* [1] (f. 2). *Cur haeretici huius temporis coeperint oppugnare quorundam librorum V. T. authoritatem.* Inc. *Controversia haec de numero librorum canonicorum non fuit mota etc.* (satis sit titulos quaestionum ponere). [2] (f. 4) *Cur Lutherus reiecerit s. Iacobi epistolam;* [3] (f. 6) *Canones apostolorum esse LXXXV ex authoritate synodi trullanae;* [4] (f. 8) *Calviniani non audent negare ecclesiam rom. esse adhuc ecclesiam Christi veram;* [5] (f. 10) *An regula fidei possit suo modo deficere?;* [6] (f. 12) *De reformatione ecclesiae;* [7] (f. 14) *An papa possit incidere in haeresim, ut in alia peccata;* [8] (f. 16) *De impositione manuum cur non adhibeatur a calvinianis, vocatio anglorum calvinistarum non legitima; de zelo quem praetexunt novatores in reformanda ecclesia; Lutherus et socii quomodo vocati?;* [9] (f. 18) *An poenitentia indigeant iusti; reprobi an possint non peccare; an Deus velit peccatum quatenus peccatum est; an Deus impediat ne quis resipiscat?;* [10] (f. 20) *An remissa culpa remittatur poena etiam temporalis... an per peccata gravia amittatur gratia Dei;* [11](f. 22) *De canone Scripturarum, qui extat apud Anastasium ex Nicephoro;* [12] (f. 24) *De extrema unctione...;* [13] (f. 26) *An commendare vim eleemosynarum, orationis... sit detrahere efficaciae meriti Christi;* [14](f. 28) *Quomodo potestas clavium sit tradita toti eccl.; confessio privata in usu apud veteres in ecclesia...;* [15] (f. 30) *De regimine ecclesiae mixto;* [16] (f. 32) *De verbis* « Regnavit a ligno Deus »; [17] (f. 34) *Cur gentiles accusarent christianos ignaviae;* [18] (f. 36) *Quatenus iungatur ecclesiae catholicae romanum imperium;* [19] (f. 38) *Romanus an idem sit quam catholicus;* [20] (f. 40) *Sententia s. Augustini de verbis Christi* « Tu es Petrus... »; [21] (f. 42) *Cur olim ecclesia curiensis subesset mediolanensi;* [22] (f. 44) *De martyrum* μνήμαις, *obiter excutitur canon de libris Scripturarum;* [23] (f. 46) *Cuius sit indulgere;* [24] (f. 48) *De translationibus episcoporum...;* [25] (f. 50) *De duplici medicina therapeutarum essenorum;* [26] (f. 52) *De traditione patrum et apostolorum, de canonibus apostolorum;* [27] (f. 54) *Diaconissarum ministerium in baptismo mulierum...;* [28] (f. 56) *De more exponendi sacras litteras mystice;* [29] (f. 58) *De antiquitate syriacae versionis;* [30] (f. 60) *De hebraeorum mala fide in tractandis sacris litteris;*

[31] (f. 62) *De conferendis exemplaribus variis in exponenda s. Scriptura;* [32] (f. 64) *De significatu apostolici et apostolatus; de successione episcoporum;* [33] (f. 66) *Ratio pro resurrectione ex baptismo pro mortuis;* [34] (f. 68) *De nazaraeatu s. Iacobi et s. Pauli;* [35] (f. 70) *Expenduntur verba s. Cypriani* (de rebaptizandis); [36] (f. 72) *Reliquiae paliliarum apud quosdam christianos;* [37] (f. 74) *De Asopeia pascalis praesidis Rhaetiae et postea episcopi uxore;* [38] (f. 76) *Ruffini fides in vertendo; cur Apollinaris nihil voluerit scribere;* [39] (f. 78) *Dies mortis martyrum cur ipsorum sit natalis;* [40] (f. 80) *De irregularitate et dispensatione ecclesiastica;* [41] (f. 82) *De quaestionibus facti et fidei;* [42] (f. 84) *De propositionibus de fide et probabilibus;* [43] (f. 86) *De nomocanone Photii;* [44] (f. 88) *Quomodo episcopi dicantur dispensatores mysteriorum Dei;* [45] (f. 90) *De foeminis quae circumibant cum apostolis;* [46] (f. 92) *Qui sint dispensatores mysteriorum Dei; quis conquisitor huius seculi;* [47] (f. 94) Luc. 14 « Et coepit simul omnis excusare » *quid sit illud simul; amen quomodo exprimatur ab evangelistis;* [48] (f. 96) *Unde dicti esseni;* [49] (f. 98) *De usu testimoniorum sibyllarum divi Augustini sententia;* [50] (f. 100). *Quomodo animae dicantur clamare sub altari;* [51] (f. 102) *De more flectendi genua inter orandum apud veteres christianos;* [52] (f. 105) *De dominica et septimana* διακαινισίμῳ; [53] (f. 107) *Quid sint actiones Christi theandricae apud s. Dionysium...;* [54] (f. 109) *Quam honorifice de veteribus loquatur Fullerus;* [55] (f. 111) *An graece sint adducenda testimonia ss. patrum graecorum;* [56] (f. 113) *Quo fine d. Augustinus scripserit libros retractationum;* [57] (f. 115) *Templa christianorum fuisse in usu temporibus apostolicis;* [58] (f. 117) *De successione pontificum in rom. ecclesia et eius constantia in vera doctrina;* [59] (f. 119) *An canon 6 concilii nicaeni primi sit detruncatus?...;* [60] (f. 121) *De acephalis et autocephalis;* [61] (f. 123) *Quomodo unusquisque episcopus dicatur in solidum tenere episcopatum suum;* [62] (f. 125) *De sacramentis celebrandis et percipiendis a ieiunis;* [63] (f. 127) *De ecclesiae catholicae consensu; de evangelio Lucae graeco an sit* πρωτότυπον; [64] (f. 129) *De* αὐτοχειραστίᾳ *cypria;* [65] (f. 131) *De praescientia divina et libertate humana;* [66] (f. 133) *Iis quae dicuntur de libertate ecclesiae gallicanae quomodo abutuntur haeretici;* [67] (f. 135) *Cur rigidius agatur cum haereticis, quam cum hebraeis, mahumetanis;* [68] (f. 137) *An Liberius papa dicendus sanctus?;* [69] (f. 139) *De Liberio rom. pontifice;* [70] (f. 141) *De Liberio rursus;* [71] (f. 143) *De Liberio papa, caput III;* [72] (f. 145) *Rursus de beroensibus s. Scripturam legentibus. Act. c. 17;* [73] (f. 147) *De alacritate beroensium. Act. c. 17;* [74] (f. 149) *Expenduntur quaedam verba s. Hieronymi* (per insulas multas non posse intelligi Iudeam, in psalmum 98); [75] (f. 151) *De traditionibus, testimonium Ignatii;* [76] (f. 153) Γεγραμμένα *apud Basilium quae sint?;* [77] (f. 155) *Duplicem in modum*

posse nos loqui de originali editione; [78] (f. 157) *De Resurrectione prima; explicatur locus Apoc. 20, de mille annis;* [79] (f. 159) (animarum sanctarum beatitudinem non differri usque ad ultimum diem, in ms. titulus longior); [80] (f. 161) *Quid sint* κηρύγματα *quid* δόγματα, *apud s. Basilium;* [81] (f. 163) *Haereticos maximam iniuriam facere catholicis dum haeresim collydirianorum ipsis adscribunt;* [82] (f. 165) *Quo sensu rom. ecclesia dicatur ecclesia catholica?;* [83] (f. 167) *Cur primae sedis episcopus non debeat appellari princeps sacerdotum apud afros?;* [84] (f. 169) *Membra ecclesiae descripta a divo Augustino;* [85] (f. 171) *Iura ecclesiastica non semper aequata civilibus;* [86] (f. 173) *Quae ratio distinctionis et subordinationis inter episcopos;* [87] (f. 175) *Summus pontifex vocatur sanctissimus?;* [88] (f. 177) *De prudenti credulitate populi catholici;* [89] (f. 179) *De rerum ecclesiasticarum venerando apparatu;* [90] (f. 181) *De precibus pro defunctis, locus Tertulliani et alia;* [91] (f. 183) *Quam necessaria sit authoritas ss. patrum ad terminandas controversias.* Des. *Eadem est sententia Danielis Heinsii praefatione ad Clementem alexandrinum.*

Codex auctoris manu.

Tegumentum ut in cod. 1523.

1541. Saec. XVII, chart., ff. 1-53, mm. 268×198, ff. 54-126, mm. 285×200, ff. 1-126.

1 (f. 2). **Gaudenzi Paganini** *de veterum ecclesiae patrum philosophicis opinionibus.* Cap. I « Disciplinarum humanarum fuisse expertos apostolos; videri veteres ecclesiae patres sibi repugnare, dum iam videntur contemnere artes liberales, iam eas valde commendant et exercent » inc. (f. 5) *De apostolis sic scribit s. Augustinus de civitate Dei, lib. 22, cap. 5, Christus ineruditos liberalibus disciplinis.* Cap. XL « Deum dum corpora nostra donat perpetua immortalitate, facere quod naturae foret impossibile; an ad id probandum recte transferantur verba Platonis ex Timaeo? de quibus diis ibi sermo sit » des. *id revelatione didicimus in schola apostolorum, non apud philosophos ratiocinando sumus assecuti.* Praemittuntur capita 1-40 in ff. 3-4.

2 (f. 54). Eiusdem idem opus alia recensione. De hac secunda recensione inest in f. 1ʳ hoc auctoris iudicium: *Alium librum eiusdem argumenti scripsi; posset uterque excuti, sed secundus est longe accuratior.* Haec secunda recensio inc. ut in prima sed aliter des. *Haec ibi. De motu coelorum verbum nullum profert;* sed initio non rescribuntur capita, uti in prima recensione quae caeterum alia manu clariore scriptura exarata est in ff. 2-53.

Folia 54-126 auctoris manu.

Tegumentum ut in cod. 1523.

1542. An. 1539 (cf. f. 8ᵛ), chart., mm. 271×200, ff. 1-11.

Misoceno Parresio (Gaudenzi Paganino) (cf. cod. 1673, f. 57) *dell'anno secolare solennemente celebrato in Roma dalli padri della compagnia di Giesù nel 1639, lettera da Eliopoli: Mi domanda vostra signoria nel fine della sua lettera quello che mi pare dell'anno secolare dei padri giesuiti et del funerale fatto dall'istessi per li benefattori - Eliopoli li X Xbre 1639;* praeit (f. 3ʳ) *argomento de la lettera: Dopo l'ingresso della lettera - a giudizio de gl'intendenti e disinteressati;* sequitur (f. 9) *aggiunta alla lettera: I seguaci di Lutero - che di se stessi anno formato.* (Videtur eadem epist. esse quam ipse Gaudenzi, altero ficto nomine, Ventidio Gongapano, ed. iuxta Fabroni, Vitae italorum doctrina excellentium, Pisis 1789, vol. XIV, p. 49; cf. *Dizionario di opp. anon. e pseudonime,* Milano, 1859, III, p. 203).

Ff. 1. 2. 9ᵛ-11 vacua.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1543. Saec XVII, chart., mm. 282×202, ff. 1-45.

Gaudenzi Paganini *de ieiuniis.* Cap. I « De lege ieiunii demum a Moise sancita, sed die tantum decima mensis septimi » inc. *Peccauimus gula et excidimus paradiso, ieiunio ad eundem redeundum, sic fere disserunt qui commendant ieiunium.* Cap. ult. « De graveolentia ieiunantium » des. *ut grauolentiam profectam a ieiunio uitaret in fratribus.*

Codex auctoris manu. Ff. 1-3. 45 vacua.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1544. An. 1636 (cf. f. 3 et 56), chart., mm. 283×197, ff. 1-79.

Gaudenzi Paganini 1 (f. 5). *De occultatione mysteriorum dissertationes* I-VI. I (f. 6) inc. *Multa cum occurrant apud scriptores tam externos et (ut appellant) prophanos, quam sacros.* VI des. *quemadmodum narratum scimus in annalibus ab eodem Cornelio Tacito.* 2 (f. 58) *De mysteriorum occultatione exercitatio,* Cap. I « De nocturna et occulta pervigilatione quae Cotylliorum nomen tulit » Inc. *Nocturnae peruigilationes sacrorum causa non absurde recensentur de occultatione sacrorum quando agitur.* Cap. ult. « De more occulto romanorum, quo evocabant deos bellatores obsessarum urbium » des *quisque legere potest apud eundem Macrobium, lib. 3, cap. 9.*

I (f. 1). Testimonia nonnulla classicorum auctorum de mysteriis.

II (f. 3). Mandatum domino *Marcello Fioravante,* s. I., censori ut legat et referat de quibusdam opusculis Gaudenzi Paganini, si ea videantur posse typis imprimi. *27 luglio 1636.*

III (f. 56). *Marcelli Floravantii* licentia: *Florentiae 18 aug. 1636.*

1111 (ibid.). Inquisitoris alterum mandatum *Hieronymo Rosati*, consultori, de eadem re.

Ff. 1ᵛ. 2. 3ᵛ. 4. 5ᵛ. 56ᵛ. 57. 58ᵛ vacua.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1545. Saec. XVII, chart., mm. 267×198, ff. 1-84.

Gaudenzi Paganino ⟨quaestiones exegeticae et eruditae⟩. [1] (f. 2). *Della profezia e della divina rivelazione. Essere la profezia e la divina rivelazione al genere umano necessaria* (cf. cod. 1517). Inc. *È grauissima la dimanda, quando si desidera sapere se la profezia*. Des. *S. Tomaso nella prima parte della sua Somma al principio.* [2] (f. 4). *Dell'autorità della traduzione dei LXX interpreti che cosa dica s. Ireneo.* [3] (f. 5). *L'autor del libro d'Enoch non haver parlato da istorico, ma profeta in un passo apportato da Origene.* [4] (f. 7). *Della chiarezza o oscurità della s. Scrittura.* [5] (f. 8). *Un passo dell'Ecclesiastico, ove pare che si condanni la filosofia, considerato.* [6] (f. 9). *Come Platone ed i gentili la nota di deità attribuissero a più che uno.* [7] (f. 10). *Come i scrittori ecclesiastici habbiano oppugnata la pluralità dei Dei?.* [8] (f. 12). *Ario non hauer ricusato di chiamare il figliuolo, Dio.* [9] (f. 13). *Come Eusebio habbia preso il vocabolo d'economia?.* [10] (f. 14). *Se 'l figliuolo secondo la divinità possa esser chiamato ministro ed ambasciatore del padre?.* [11] (f. 15). *Vengono confutate due asserzioni degli ariani, e si parla dell'apparizioni del figliuolo nel V. T.* [12] (f. 18). *Alcuni hanno creduto che 'l padre e non il figliuolo a' patriarchi apparisse nel V. T.* [13] (f. 19). *Se dalle parole di Dio* « Stellis praecepi » *si possa raccogliere che le stelle siano animali ragionevoli?.* [14] (f. 20). *Come s. Giuda habbia preso in cattiuo senso* « Sidera errantia? ». [15] (f. 21). *Come stranamente gli origenisti esponessero dei pianeti le parole di s. Giuda* « Sidera errantia ». [16] (f. 23). *Del paradosso di Claudiano Mamerco, che attribuisce agli angeli due nature, una corporea e l'altra incorporea.* [17] (f. 24). *Dell'innamoramento degli angioli e delle cose da loro insegnate alle donne, che cosa dica Clemente alessandrino?.* [18] (f. 25). *Haver quelli, che credettero essersi gli angioli mescolati con le donne, tenuto essere gli stessi angioli corporei.* [19] (f. 26). *Se gli angioli siano corporei, o incorporei si considerano tre passi del sinodo secondo niceno.* [20] (f. 28). *Del serpente, che sedusse Eva...* [21] (f. 29). *Di due generi d'aria posti da Clemente alessandrino.* [22] (f. 30). *Dell'origine dell'anima umana che cosa scriva s. Gregorio nisseno?.* [23] (f. 31). *Niun dottore della chiesa havere insegnato la preesistenza delle anime, ma Origene esser stato il primo.* [24] (f. 32). *Come Origene cappriciosamente applicò le parole di s. Pavolo* « Cupio dissolvi et esse cum Christo » *al Sole.* [25] (f. 34). *Perchè s. Isidoro non habbia voluto condannare d'eresia Origene?.* [26] (f. 35).

Come l'anima separata dal corpo non dorma, ma intenda ed operi?. [27] (f. 36). *Se l'anima è forma sostanziale dell'huomo, perchè tanto si differisce la resurrezione?...* [28] (f. 37). *Ragioni prese dalla Scrittura sacra, oppugnanti la caduta dell'anime.* [29] (f. 38). *Con che argomenti s. Isidoro pelusiota oppugna l'oppenione origenica intorno la caduta dell'anime.* [30] (f. 40). *Come il Durando parli poco teologicamente dell'andata delle anime al limbo...* [31] (f. 44). *In che senso Origene pigliasse il paradiso nella s. Scrittura?.* [32] (f. 45). *Esposizione del detto* « Obedientiam volo et non sacrificium ». [33] (f. 46). *Il luogo del salmo XLIV* « Dilexisti iustitiam, propterea unxit te Deus » *considerato.* [34] (f. 48). *Le parole della Cantica* « Adiuro vos, filiae Hierusalem » *spiegate.* [35] (f. 49). *Se nella pistola seconda a' Corintii al XII cap. si descriva un rapimento di s. Pavolo, o due.* [36] (f. 51). *Che cosa sia il terzo cielo?...* [37] (f. 53). *Delle parole di s. Pavolo* « Audivi arcana verba... ». [38] (f. 55). *Che cosa s'intende per l'angiolo di satanasso, che affliggeva s. Pavolo?.* [39] (f. 57). *Se la patria possa apportar pregiudizio? Si considerano due luoghi di s. Isidoro pelusiota.* [40] (f. 59). *Il testamento non ha effetto vivente il testatore...* [41] (f. 60). *Quando siano state trovate le campane?.* [42] (f. 61). *Del battezzarsi le campane.* [43] (f. 62). *Se tra Abraham et Agar fosse vero matrimonio?.* [44] (f. 65). *Che s. Pavolo nella seconda ai tessalonici, al secondo, non parla di Simone mago.* [45] (f. 66). *Il luogo di s. Pavolo, I Timot., IV, v. III, considerato con s. Isidoro pelusiota.* [46] (f. 67). *La particella εἰ, Sì, appresso ai greci e s. Pavolo presa per ἐπεί, siquidem, quandoquidem.* [47] (f. 68). *Che cosa dica Clemente alessandrino de' sacrificii, che si fanno con le vittime uccise?.* [48] (f. 69). *Alcune osservazioni superstiziose degli antichi gentili, schernite da Clemente alessandrino.* [49] (f. 70). *Del voltarsi al levante nel far orazione, e dell'orare verso il sole nascente.* [50] (f. 72). *Dell'antica divisione delle ore in terza, sesta, nona per orare.* [51] (f. 73). *Si risponde alle ragioni con le quali Tertulliano s'ingegna a provare che l'utero della Vergine nel parto s'aprisse.* [52] (f. 75). *Esempi della miracolosa penetrazione dei corpi, che si leggono nella s. Scrittura.* [53] (f. 77). *Luogo del salmo CVI, v. XXIX, spiegato* (et statuit procellam eius in auram etc.). [54] (f. 78). *Due passi di Tertulliano e Clemente alessandrino intorno al combattimento cristiano, confrontati.* [55] (f. 79). *A che serva adesso fino alla resurrezione il paradiso secondo Mosè Barcefa, vescovo soriano?.* [56] (f. 81). *Della rinnovazione del mondo dopo il giudizio...* [57] (f. 82). *Perchè Origene negasse la resurrezione dei morti?.* [58] (f. 83). *Se Eusebio di Cesarea debba essere noverato tra gli ariani?* Des. *del battesimo di Costantino non dice che ariani fossero quelli che lo battezzarono.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1546. Saec. XVII, chart., mm. 285×200, ff. 1-73.

Gaudenzi Paganini *de Procopii palinodia, dissertatio.* Cap. I « Anecdota edi non debuisse. Alterutro in opere oportere mentitum fuisse. Opus anecdotorum videri nihili factum a Procopio. Vix credibile esse talia potuisse scribi a Procopio ». Inc. *Inaccessus apud latinos dicitur solus quem difficile est accedere.* Caput ultimum « Verisimile non esse Tribonianum fuisse atheum et gentilem » des. *cur omisisset dicere Tribonianum fuisse atheum et gentilem?.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1547. Saec. XVII, chart., mm. 276×200, ff. 1-107.

Gaudenzi Paganini *de catholicae fidei veritate libri 1-3.* Sed f. 2 titulus alter: *De deserendo calvinismo et capessenda religione catholica, tractatus in quatuor libros distributus,* (qui titulus nescio utrum alteri operi vel huic eidem referatur). Lib. I cap. I « De authoritate canonica librorum quorumdam veteris Testamenti » inc. *Caluiniani coeterique ecclesiae rom. aduersarii ex numero librorum canonicorum prohibent libros Iudith, Tobiae.* Des. αὐτοκατάκριτος; (f. 36) lib. II, cap. I « De Christo, de omniscientia animae Christi » inc. *Haeretici asserunt Christum ignorantia multarum rerum laborasse,* des. *Unus enim titulus non excludit alterum;* (f. 47) *De summo pontifice, liber tertius,* cap. I « De optimo ecclesiae regimine » inc. *Cum certum sit Christum sapientissimum optimo modo regi uoluisse ecclesiam,* des. *quod necessitatem peccandi ipsi imponat.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1548. Saec. XVII, chart., mm. 145×202, ff. 1-232.

Gaudenzi Paganini ⟨observationes parvae et innumerae in iurisprudentiam et iuris peritos⟩. I[a] (f. 1) « De simulata philosophia quorumdam stoicorum et vera iurisconsultorum » inc. *Ex Athenaeo, ex Luciano et Gellio... discimus ualde multos professos esse ea tempestate philosophiam.* Ultima observatio « Iudicio populi approbari leges dixit Iulianus » des. *sermo illi fuit de suffragio populi romani in comitiis.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1549. Saec. XVII, chart., mm. 220×160, ff. 1-74.

Gaudenzi Paganini *ad Aristotelem de animarum historia, disseriationes* (seu capita I-XVIII). Cap. I (f. 1) « Quinam ex antiquis et recentioribus de anima scripserunt » inc. *De anima adeo decantata est materia, ut non tam quaerendum sit, quis de ipsa scripserit.* Cap. ult. « Animam secundum Aristote-

lem habere plures partes, sive facultates » des. *plures partes et facultates ab Alexandro secundum Aristotelem in animo positos esse.*

Codex auctoris manu, f. 74 vacuum.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1550. Saec. XVII, chart., mm. 223×160, ff. 1-238.

Gaudenzi Paganini *de epicureismi confutatione observationum centuria,* partes I-II. Pars I (f. 6) « Non esse defendendum Epicurum, etsi forte in aliquibus ei iniuria fieret » inc. *Etsi in aliquibus iniuria fieret Epicuro a uiris grauissimis et sermo popularis praeter fas eius famam premeret.* Des. *habere sibi res suas iubebis Epicurum.* Pars II (f. 133) « De Epicuro docente pueros legere cum patre et aliis » inc. *Posidonius stoicus, Nicolaus et Sotion apud Laertium aiunt.* Des. *et proinde maxime pertinet ad hominem.*

Ff. 2-5 praefixa quaestio: *de mundo genito vel ingenito: Cum quae de Ocello Lucano, discipulo Pythagorae, cuius extat liber de universo - nec Aristotelcs satis iam inde uidetur se gessisse cum Pythagora.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1551. Saec. XVII, chart., mm. 204×140, ff. 1-134.

Gaudenzi Paganini *ad recentiores politicos excursio.* Capita I-XXV. Cap. I « Quis ultimus finis, quem propositum habet politicus... » inc. *Aristotelis uerba primi Ethic., cap. I, quando agit de ciuili facultate, quae politica dicitur.* Cap. ult. ... « de lege Rhodia » des. *dominationem, quam olim in totum orbem habuissent romani.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1552. Saec. XVII, chart., mm. 284×200, ff. 1-417.

Gaudenzi Paganini ⟨excursus in philosophiam seu dissertationes philosophicae⟩. [1] (f. 1). *De origine philosophiae.* Inc. *Quis neget cum ipso genere humano ortam fuisse philosophiam?* (Satis sit titulos referre). [2] (f. 6). *An omnibus a natura insita sit sciendi cupiditas?.* [3] (f. 11). *An philosophia recte vocetur divinorum atque humanorum scientia?.* [4] (f. 18). *De ratione a philosophis cum sensibus coniungenda.* [5] (f. 24). *An et quatenus contra negantem principia sit disputandum?.* [6] (f. 30). *An contemplatio rerum pessima sit occupatio?.* [7] (f. 37). *De obscuritate philosophicarum definitionum.* [8] (f. 44). *An antiqui sola ratione in philosophia nixi sint, contempto sensu?.* [9] (f. 51). *An sententiae philosophicae petendae sint e sacra Scriptura?.* [10] (f. 56). *De philosophiae et religionis comparatione.* [11] (f. 63). *Philosophi nostrates frequenter ad fidei arcana atque theologiam confugiunt.* [12] (f. 68). *Ad*

quae vocabula se recipiant saepe philosophi, ne aliquid a se ignorari fateantur. [13] (f. 73). *De causa inextricabilium sententiarum.* [14] (f. 82). *De sophisticis quibusdam argumentationibus.* [15] (f. 87). *De Averroe aliquos contemptim locutus fuisse...* [16] (f. 92). *An Plato fuerit scepticus?.* [17] (f. 103). *An fas sit naturam Deo tribuere?.* [18] (f. 109). *An possit ostendi ratione naturali Deus esse?.* [19] (f. 114). *Qua varie torqueatur oratio, quae definit quid sit Deus?.* [20] (f. 120). *De Deo uno.* [21] (f. 126). *De forma a nonnullis Deo attributa.* [22] (f. 133). *An Deo tribuenda sit vita?.* [23] (f. 137). *De diis tutelaribus regionum.* [24] (f. 143). *An genii quandoque cum foeminis concumbant?.* [25] (f. 151). *De evocatione manium, daemonum atque geniorum.* [26] (f. 158). *An angelus iis sit viribus praeditus ut orbem coelestem movere semper possit?.* [27] (f. 163). *De nihilo.* [28] (f. 168). *An veteres existimaverint materiam, aut etiam chaos ex nihilo a Deo fuisse condita?.* [29] (f. 173). *An recte Aristoteles pronunciaverit de materia, quod sit neque quid, neque quale, neque quantum?.* [30] (f. 180). *De sententia Platonis docentis mundum esse aeternum et esse factum a Deo.* [31] (f. 185). *An mundo aliquod sit tribuendum initium?.* [32] (f. 192). *An et quatenus mundus sit interiturus?.* [33] (f. 199). *De incendiis et eluvionibus mundi.* [34] (f. 208). *An sidera praedita sint sensu?.* [35] (f. 213). *An et quatenus coelum sit igneae naturae?.* [36] (f. 218). *De luce.* [37] (f. 223). *An sol sit liberum agens?...* [38] (f. 229). *De futuris contingentibus...* [39] (f. 233). *Opera naturae a mortalibus non posse interverti.* [40] (f. 238). *De casu.* [41] (f. 243). *De fato atque fortuna...* [42] (f. 250). *Oppugnatur Aristotelis sententia de fortuna.* [43] (f. 255). *An natura in quibusdam rebus fuerit immutata?.* [44] (f. 260). *De fabula ignis aristotelici.* [45] (f. 265). *De terra immobili, oratio I.* [46] (f. 272). *oratio II;* [47] (f. 277) *oratio III;* [48] (f. 282) *appendix ad orationes.* [49] (f. 288). *De terra dehiscente.* [50] (f. 295). *De motu reciproco maris.* [51] (f. 300). *Cur mare salsum?.* [52] (f. 306). *An omnis aqua marina sit salsa?.* [53] (f. 313). *An pluviae fiant ex vaporibus, quos sol elicit e mari?.* [54] (f. 318). *An recte dixerit Aristoteles locum esse superficiem corporis ambientis? Coelum extremum in loco non esse.* [55] (f. 322). *An scientia de anima sit nobilior aliis scientiis.* [56] (f. 329). *An disputatio de anima ex rebus corporeis sit instituenda?* [57] (f. 337). *Quotuplici ratione animae definitionem investigarint veteres?... quatenus dixerint veteres animam esse incorpoream.* [58] (f. 341). *Quid nomine entelechias significetur in definitione animae aristotelica?.* [59] (f. 346). *An anima sit harmonia?.* [60] (f. 352). *An anima sit corpus? expenduntur quaedam verba Virgilii.* [61] (f. 360). *An anima dividi queat?...* [62] (f. 366). *Rursus* (de eadem quaestione). [63] (f. 371). *Quomodo homo intelligat?.* [64] (f. 377). *Oppugnatur intellectus agens Aristotelis.* [65] (f. 382). *Cur Aristoteles aut saltem Averroes in omnibus hominibus posuerit unum intellectum ingenitum et*

immortalem?. [66] (f. 387). *An Deus secundum Aristotelem quotidie creet animas?...* [67] (f. 395). *Appendix ad sententiam eorum qui dixerunt animam... quantam quandam substantiam* [68] (f. 396). *De pythagorica transmigratione animarum.* [69] (f. 403). *Quibus argumentis aliqui ostendere conentur docuisse Aristotelem animam esse immortalem.* [70] (f. 408). *Quid nonnulli proferant adversus argumenta* (in praecedenti dissertatione in favorem adducta)?. [71] (f. 413). *Quibus de causis putarent veteres vagari quorundam animas post obitum?* Des. *alicuius ducis interfecti a Druso, qui eum persequebatur, non paulo post mortuus est.*

Codex auctoris manu.

Tegumentum ut in cod. 1523.

1553. Saec. XVII, chart., mm. 285×200, ff. 1-365.

Gaudenzi Paganini *deambulationes in Lyceo, in quibus de gravissimis philosophiae quaestionibus sic disseritur cum Aristotele eiusque interpretibus, ut multa aliunde ex aliisque scriptoribus ad illustrandam veritatem petantur*. Quaestiones seu capp. I-LXVIII. Cap. I « An philosophia fuerit inventa postquam omnia necessaria vitae civili parata fuerant » inc. *Fingere Aristotelem quandoque totum plane genus humanum fuisse rude.* Cap. ult. « de pluvia lactea, lapidea sanguineaque cur nihil tradiderit in meteoris Aristoteles... » des. *de quibus nihil aliis temporibus reperiatur.*

In f. 59 fortasse alia manu: *De Xenarchi vita et scriptis*, et in f. 63, Gaudenzi manu: *De vita, scriptis, opinionibus Iohannis grammatici Philoponi.*

Codex auctoris manu, praeter ff. 59-62 et 288-291, quae alia aut non solita auctoris manu sunt scripta.

Tegumentum ut in cod. 1523

1554. Saec. XVII, chart., mm. 282×203, ff. 1-135.

1 (f. 1). **Gaudenzi Paganini** *vestibulum Peripati, liber in quo de vita, scriptis, interpretibus, aliquibus etiam sententiis Aristotelis, novo fere modo, disseritur*. Capp. I-XII. Cap. I « Detegitur mendacium Epicuri adversus Aristotelem, nequaquam ipsum dilapidasse bona paterna, aut pharmacopolio victum quaesivisse » inc. *Odium in Aristotelem internecinum et vatinianum statim prodit in principio operis Patritius.* Cap. XLI « Tollitur repugnantia quaedam, quae impingebatur Aristoteli: Extra coelum esse tantum intelligentias, quae movent coelos, non alias; perpenditur tex. 100, l. I de coelo » des. *dicimus tot esse intelligentias, quot sunt orbes coelestes.*

2 (f. 87). Eiusdem alterum exemplar operis superioris, praemissis capi

tibus; post titulum tamen adduntur verba: *Et non pauca eorum quae Fr. Patritius contra eumdem protulit confutantur.*

Primum exemplar auctoris manu; secundum clariore scriptura librarii cuiusdam.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1555. Saec. XVII, chart., mm. 272×205, ff. 1-153.

Gaudenzi Paganini *de doctrina Democriti, liber in quo etiam nonnulla adversus Epicurum et epicureum Lucretium disputantur.* Capp. I-LXXXVIII. Cap. I « A Democrito excultas omnes disciplinas, longe aliter rem geri a nostratibus democriteis » inc. *Non desunt nostra tempestate qui Democritum prae cunctis philosophis suscipiunt, eius atomos tantum non osculantur.* Cap. ult. « Extra ordinem quandoque Deo sic volente apparere animas. An vagentur circa sepulchra » des. *qua ratione obstrepes consensui nationum.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1556. Saec. XVII, chart., mm. 286×202, ff. 1-121.

Gaudenzi Paganini ⟨quaestiones philosophicae, iuridicae, historicae, eruditae⟩. **1.** *De propensione animae erga corpus,* quaestione I-XV. (f. 2). Quaestio I « Cum anima nihil possit discere absque sensu eam videri maxime esse propensam erga corpus et aegerrime ab ipso dividi » inc. *Felicitas animae est intelligere, nam nisi intelligat est sicut tabula rasa.* Quaestio XV: « Incertum admodum esse an Aristoteles agnoverit statum animae ante et post corpus » des. *ad confutandam quamdam Platonis sententiam.* 2 (f. 24). *De anima mundi secundum platonicos exercitatio,* ⟨quaestiones I-VII⟩. Quaestio I « De anima mundi, quid scripserint » inc. *Animae mundanae nomine quid intelligamus exponere nihil attinet.* Quaestio VII ⟨An anima mundi sit genita vel ingenita⟩ des. *et ad Deum uelut ex torpore et profundo loco conuertitur.* 3 (f. 38). *De natura quaedam retractatius exposita secundum Aristotelem et peripateticos,* excursiones I-V. 1 (f. 39) « Novum prorsus significatum inditum naturae ab Aristotele... » inc. *Ne quis miretur Aristotelem, extra 2 Phys. quandoque non ita accurate locutum uideri.* Excursio V « Quatenus secundum quosdam peripateticos detur. Natura rationalis utetur ratione propria » des. *haec inferiora quae reguntur ratione intelligentiarum.* 4 (f. 45). *De conceptione, conformatione, nativitate hominis;* excursus I-VII. Excursus I « An semen defluat ex universo corpore... » inc. *Opiniones opinionibus cohaerere, quia Aristoteles a foemina negat emitti semen.* Excursus VII « Cur aliqui caeci, claudi nascantur... » des. *tantum auctorem, qualis quidem est Hippocrates, habet.* 5 (f. 59). *De inclinatione imperii romani,* excursus I-III. I. « An inclinatio imperii sit imputanda religioni christianae... » inc. *Inclinationem imperii gentiles olim imputarunt absque dubio religioni*

christianae. III « Constantinianam magistratuum mutationem obfuisse romanae magnitudini » des. *quam non intelligatur.* 6 (f. 65). *De praesensione futurorum, digressio habita Pisis cum interpretaretur lib. II Annal. Taciti, constructa ex testimoniis christianorum historicorum.* 7 (f. 72). *De iis qui inter germanos philosophiam suis scriptis illustrare conati sunt, praefatio.* 8 (f. 78). *De tragico excessu quorumdam cardinalium.* 9 (f. 82). *Non esse exploratum heroicis temporibus elata maiora cadavera ad sonitum tubae, minora ad sonitum tibiae; perpenduntur verba Statii.* 10 (f. 83). *Si forma est prior tempore materia, cur materia dicatur ingenerabilis et aeterna?.* 11 (f. 85). *Quomodo se excuset Cicero disputans de iure pontificio?.* 12 (f. 86). *De oratione habita a Themistio coram Valente de libertate religionis...* 13 (f. 87). *Ignaviae sectatores non confundendos cum veris monachis.* 14 (f. 88). *Olea tributa vatibus, cur?.* 15 (f. 89). *Moris fuisse ut amici et omnis multitudo abscinderet capillos et rogo iniiceret...* 16 (f. 91). *Ante XII tabulas licuisse domi mortuos sepelire.* 17 (f. 92). *Quo argumento apud Ciceronem oppugnetur mos sepeliendi mortuos in urbibus?.* 18 (f. 93). *In certaminibus fas esse uti dolo...* 19 (f. 96). *An motus, quo movetur ignis a coelo in orbe, sit violentus?.* 20 (f. 97). *De Elia virgine, de filiis prophetarum, an eorum sedes in monte Carmelo...* 21 (f. 99). *De variis nominibus pseudo Antonini Heliogabali, quis Deus Heliogabalus?.* 22 (f. 101). *De initio progressu piraticae apud cilices; an fas sit piraticam exercere.* 23 (f. 104). *De monarchia caesarea... quam magnifice loquerentur scriptores ecclesiastici.* 24 (f. 105). *An potior in Germanico esset auguratus dignitas ea quae ducebat exercitum?.* 25 (f. 107). *An ob salsedinem maris pisces nunquam aegrotare...* 26 (f. 109). (De igne sine alimento)... 27 (f. 111). *An liceat dicere Deum secundum metaphysicos non subire rationem causae formalis sed secundum physicos subire?.* 28 (f. 112). *De concordia aut dissidio Platonis et Aristotelis.* 29 (f. 113). *De vita angelorum et animarum separatarum...* 30 (f. 115). ⟨De moribus herodianorum⟩. 31 (f. 117). *De eutichianismo Anastasii imp.* 32 (f. 118). ⟨An vacare militiae cupientes oporteat esse rudes litterarum et philosophiae expertes?⟩. 33 (f. 120). *De barbaris militantibus pro romanis. Cap. XXXVIII.* Des. *ut cum exercitu in longobardos irrueret.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1557. An. 1640 (cf. f. 27), chart., mm. 282×200, ff. 1-28.

Gaudenzi Paganini *utrum animalia utantur ratione?* Partes I-II. Pars I: « Quae videantur ostendere animalia uti ratione » inc. *Etsi nemo sanae mentis homo sibi persuadere queat* ac des. *syderis in numerum atque alto suc-*

cedere coelo; haec ille. Pars II (f. 16) « Quaenam ostendant animalia non uti ratione?... » inc. *Excitauimus fluctus, quos, lector, ut uideo, componi cupis* ac des. *multa agi non propria, sed aliena ratione.*

F. 27-27ᵛ aliis manibus: Censorum ecclesiasticorum et civilium testimonia, quibus probantur et in lucem prodire permittuntur dissertationes, quae in hoc et in codice superiore continentur.

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1558. Saec. XVII, chart., mm. 278×202, ff. 1-154.

Gaudenzi Paganini *de varia successione medicinae et medicorum.* Capp. seu quaestiones I-LXXXI. Cap. I « Videri fuisse medicos et medicinam ante Aesculapium apud aegyptios, chaldaeos atque indos » inc. *Indi et assyrii atque chaldaei nihil videntur accepisse dogmatum in philosophia atque etiam in medicina.* Cap. ult. « De ignaris litterarum, qui olim medicinam facere audebant » des. *ne aegrotos, quibus auxilium ferre nequeunt, occidant.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1559. An. 1645 (cf. f. 1), chart., mm. 265×200, ff. I. 178.

Gaudenzi Paganini *in aphorismos Hippocratis.* Capp. I-CXXI. Cap. I « Dubitandum non esse magnum Hippocratem eorum esse auctorem aphorismorum » inc. *Dubitandum non est aphorismos esse germanum fetum magni Hippocratis.* Cap. ult. « An aphorismus XLVI lib. VII sit Hippocratis; Philotheum pro ipso stare » des. *uiderint igitur docti an defensio Mercurialis sit satis.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1560. An. 1641 (cf. f. 55), chart., mm. 284×200, ff. 1-55.

Gaudenzi Paganini 1 (f. 1) *De legitimo partus tempore, exercitatio.* Capp. I-XX. Cap. I « De partu, an et quatenus haberi queat fides mulieribus » inc. *Quid prodest iurisconsultis disputare de septimestri partu si ipsi rem exploratam habere non possunt.* Cap. XX. « Cur nonnulli prorsus sibi invicem ignoti inventi sint inter se adeo similes?... » des. *et muscas conformari.* 2 (f. 36). *De monstrosis partibus, exercitatio.* Capp. I-XV. Cap. I « Monstrum semper esse ominosae significationis » inc. *Observandum est omnia monstra monstrososque foetus.* Cap. XV « De infante reverso in utero, de foemina, nata cum dentibus » des. *nec ideo uidebatur mihi inauspicatus.*

F. 55. Testimonium P. Io. Donati, O. P., s. Theol. magistri et metaphysici publici universitatis Pisarum et consultoris s. Officii Florentiae et Pisarum, in quo affirmat nihil in hoc opusculo offendisse quod esset contra fidem et mores, immo *opus esse varia eruditione exornatum, styli perspicuitate et candore conspicuum, verborum proprietate perpolitum... Pisis die 1 martii 1641.*

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1561. Saec. XVII, chart., mm. 280×200, ff. 1-358.

Gaudenzi Paganini ⟨collectanea iuris⟩. 1 (f. 1). *De senatusconsultis deque orationibus principum.* Capp. I-XVI. Cap. I « Cur leges latae sub Augusto non fuerint dicta senatusconsulta, sed leges » inc. *Aduersus id, quod diximus de senatus consultis condi solitis.* Cap. ult. « Cur adeo prolixae sunt constitutiones et novellae Iustiniani » des. *conatus est defendere et commendare.* 2 (f. 24). *De limitaneo iure nationum.* Capp. I-XXVIII. Cap. I « Non dari medium inter pacem et bellum » inc. *An inter bellum et pacem detur status medius, quaeritur.* Cap. ult. « An ferendum bellum foederato, qui ob ius gentium violatum invaditur a populo libero » des. *repellendus esset ne toti reipublicae obesset.* 3 (f. 60). *De peregrinitate et peregrinis, exercitatio.* Capp. I-XIX. Cap. I « Quinam externi dicantur » inc. *Externi dicuntur omnes, qui liberi sunt, imperio romano non subiecti.* Cap. ult. « Quandoque ad peregrinantem redigi idem esse quod in servitutem redigi » des. *est redigi in seruitutem.* 4 (f. 82). *De nuptiis apud romanos, initis absque consensu patris.* Capp. I-X. Cap. I « Nuptias initas absque consensu patris non solvi » inc. *Videntur nulla fuisse nuptiarum initia a filio non emancipato.* Cap. ult. « Qua in re concilium tridentinum infregerit legem rom. de consensu patris in nuptiis filii » des. *ex matrimonio inito cum consensu patris.* 5 (f. 96). *De concubinis, exercitatio.* Capp. I-VII. Caput I « An servus posset aliquam in concubinatu habere » inc. *Filii concubinarum, qui liberae conditionis erant succedebant non minus quam nati in coniugio.* Cap. ult. « An maritis ante tempora Constantini liceret habere concubinas », des. *antequam nuptiae inirentur.* 6 (f. 111). *De conditione filiorum naturalium et eorum, qui nascebantur in concubinatu.* Capp. I-XI. Cap. I « De significatu nominis filiorum naturalium... » inc. *Quaero quod nomen habuerint fili nati in concubinatu apud iuris consultos.* Cap. ult. « A Fabro tacite accusari imperatores christianos, qui natos in concubinatu ad legitimum statum vocaverunt » des. *iis, qui in concubinatu nascuntur?* 7 (f. 129). *De plebeio apud romanos adoptato a patritio.* Capp. I-IV. Cap. I « Non esse patritios cum nobilibus confederatos... » inc. *Quando nobis sermo de patritiis et plebeiis familiis non est utendum nomine nobilium.* Cap. ult. « Non licere argumentari

a liberto ad plebeium ingenuum » des. *et ff. de iure aureorum annulorum.* 8 (f. 137). *De re militari et de poenis militum, exercitatio.* Capp. I-XX. Cap. I. « De praefectis militum » inc. *Multi nominantur magistratus militares et uaria habent nomina.* Cap. ult. « De militibus transfugis et eorum poena » des. *aut furca suspendantur.* 9 (f. 159). *De mutuo...* Dissertationes I-II. Dissertatio I, capp. I-XIV. Cap. I « De nova opinione clar. viri Salmasii... negantis in mutuo fieri alienationem... » inc. *Cum clarissimus vir... cuius doctrina et eruditio maxima est, scripsisset in prima parte de usuris cap. VII.* Cap. ult. « Ex aliis eiusdem scriptoris uerbis confutatur ipsius opinio »; (f. 182) exercitatio II, capp. I-XIV. Cap. I (f. 182). « De differentia inter donationem et mutuum... » inc. (f. 184) *Ita argumentatur vir eximius.* Cap. ult. « De more latinorum scriptorum quandoque promiscue accipientium commodare pro mutuo dare, id non facere clarissimum virum » des. *saltem uoluntatem hac in re meam non improbatam iri;* praeit (f. 183) lectori : *Ad confutandam opinionem - suppleri poterit. Vale.* (Nomen clarissimi viri est calami ductibus obliteratum). 10 (f. 210). *De triboniana compilatione* ⟨ac de variis iurisconsultis⟩. Capp. I-XLIV. Cap. I « Praefationes, quae leguntur ante pandectam videri compositas ab ipso Iustiniano, non a Triboniano » inc. *Dubitant non pauci, ne dicam plerique, praefationes omnes.* Cap. ult. « De Modestino iurisconsulto » des. *sed an reuera audiuerit dicere non possum.* 11 (f. 250). *De Romuli legibus.* Capp. I-XXXIII. Cap. I « Tulerit ne Romulus leges aliquas » inc. *Non idem de Romulo asseras dicere scriptores quando quaeritur leges ne tulerit.* Cap. ult. « An Romae moris esset ferro accingi et gestare gladios, num aliqua lex id vetaret? » des. *milites incolebant urbem, imperatores remque custodiebant.* 12 (f. 295). *Clari legislatores, sive de vario apud nationes iuris initio, exercitatio.* Capp. I-XLIV. Cap. I « Dei sapientiam esse fontem omnium legum humanarum » inc. *Deo opt. max., quando de legum agitur principio, tribuenda laus, ab cuius mente profecta est lex.* Cap. ult. « De Guarino et Aleandro, qui dederunt leges Academiae humoristarum » des. *de cuius etiam obitu hic Pisis scripsi, imo recitaui orationem* (sc. de Aleandro).

Codex auctoris manu.
Tegumentum ut in cod. 1523.

1562. Saec. XVII, chart., mm. 282×200, ff. 1-304.

Gaudenzi Paganini ⟨collectanea iuris⟩. 1 (f. 1). *De papiis legibus, exercitatio.* Capp. I-XXXVII. Caput I « Legi papiae aliquid simile apud spartanos, hebraeos, ipsos romanos antiquos; legem primum sancitam ab Augusto... » inc. *Legi papiae apud athenienses nihil simile. Nam qui diligenter atticas leges collegerunt, nihil eiusmodi protulerunt.* Caput ult. « Cur multa inserta Pan-

